



TM 030A

Theodor

Mahlmann

14. VI. 2000

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann



I. N. J.
VINDICIÆ
ARTICULI PRIMI SECTIONIS
SECUNDÆ,
EPICRISEOS
VVITTENBERGENSIS
Syncretismo Cassellano oppositæ
DE S. COENA,

Et eò concurrentibus controversiis

Quas contra

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
D. HIERONYMI VVETZELII,
Ecclesiæ Reformatæ Marburgi nuper Pastoris ordinis,
Nunc Reformati Inspectoris Smalcaldini, confutationem
ejus exhibere conantis:

Pro

Solatiflua Testamenti Christi veritate, ad insidiosum

Syncretismi evitacionem scripsit; & jam, ipso Testatore Christo Auspice

SUB PRÆSIDIO

VIRI *Maximè Reverendi, Magnifici, & Amplissimi*

DN. PETRI Haberborn/ SS. Theol. D.

& Prof. Senioris & Primarii, undiquaq; Famigeratissimi;

Superintend. & Pastoris Gissenè gravissimi, fidelissimi: *Theologi*


de tota Christi Ecclesia optimè meriti & adhuc merentis,

Domini Patroni & Præceptoris sui in summis

Ad diem Febr. Horis Pomeridianis SOLEMNI DNN.

PROFESSORUM *disquisitioni sistit,*

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS *Wungesser / Catus.*



GISSEÆ, Literis Kargerianis, M. DC. LXIX.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DOMINO

LUDOVICO
SEXTO,

HASSIÆ Landgravio, Principi Hersfeldiæ, Comiti
Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ, Niddæ,
Schaumburgi, Ysenburgi, &
Budingæ &c.

Principi & Domino meo Clementissimo.

*Salutem & quæcunq; Principis vota esse
possunt.*

QUòd si, *Serenissime Princeps, Domine Clementissime*, benefici-
orum grata compensatio, in rei quæ datur, pretio con-
sisteret, ad excutendam hanc conatûs mei temeritatem,
nulla oratio satis futura esset. Ut qui Maximi Benefactoris be-
neficia omnium maxima, vilissimo gratiarum genere taliare
ausus essem. Serenitatis enim Vestræ ditioni vitalem hunc spi-
ritum, Ejusq; Scholis doctrinæ, quicquid complexus sum, de-
beo. Siquidem Novennium in Darmstatino Pædagogio, re-
liquique Undecennii, quo in Academiis dego, maximam par-
tem in Inclyta Gissena transegi; quod beneficiorum genus ta-
le est, ut nullo vel munere vel officio, nedum his paucis paginis,
compensari queat. Nunc, cùm non id, quod tradimus, tene-
mus, aspiciamus, inque quo cupiditas nostra hæret, sed ipsa tri-
buentis voluntas beneficium esse, *Stoicorum Optimus Seneca* di-
cat,


cat, aliqua veniæ spes affulget; quam Adversarii quoq; exem-
plum auget. Quanquam itaque *Serenissime Princeps*, nihili sit,
quod ad pedes *Serenitatis Vestrae* venerabundus depono, ani-
mo tamen non minimum esse conscientia testis est. Hoc ipso
enim *Serenit. Vestrae*, ut *Clementissimo Domino meo*, fidem
& obsequium defero; ut *indulgentissimo Patriæ Patri*, pieta-
tem & reverentiam voveo; ut *Benefactori munificentissimo*,
omnia mea acceptum fero; & cum aliud nihil habeam, quod
unum habeo, me ipsum dono, nec quicquam æquè opto, quàm
in tanti Principis immori servitio. Quamvis ne sic quidem
doni nomen obtineã; cum, quod tale est, de propriis esse oportet,
hoc autem omne alienum esse jam professus sim. Obti-
nebo tamen, si *Serenitatis Vestrae* commendata *Benignitas* ac-
cesserit, quã mihi gratius contingere nihil potest. In *Principis*
enim vultu Vita, & benevolentia ejus, ut nubes serotina, pronun-
ciante omnium *Sapientissimo Principe* in *Prov. cap. xvi. 15.*
Hæc certissimum *Dissertationi meæ præsidium*, hæc sola mihi
instar omnium, hæc inde instituti mei meta, portusq; fuit, hanc
itaque, ut *Serenitas vestra* mihi exhibere velit, humilimè oro.
Intereã in precibus pro *Incolumitate Serenitatis Vestrae*, to-
tiusq; *Florentissimæ Domûs Haslo-Darmstatinæ* ego assiduus
ero, qui semper sum

Gissa. à Museo
die 18. Febr.
ann. 1669.

Serenitatis Vestrae

Subjectissimus servus

Joh. Christoph. Nungesser



Benevole & Cordate Lector.

Praclarè dictum est ab *Hilario, Lib. contra Arrian. & Auxent. p. 213.*
Speciosum nomen est pacis, & pulchra est opinio unitatis. Novit
hoc juratus *Ecclesie hostis*; Ideoque, po quam truculenta consilia malè suc-
cedere sensit, pacis iter ingressus est, & quos vi & armis subjugare non pote-
rat, specioso pacis nomine dementare tentavit. Et hæctenus quidem strenui
bello-

bellorum Domini Duces eluserant callidi hostis artes, donec infaustum
Calixti sydus facem illis praluceret, & irreligiosa ejus soboles, illece-
broso huic Syrenum cantui aures commodaret. Ex eo res nostra tibi cœ-
perunt & serpens malum in tenerrima se insinuare cœtus nostri viscera.
Testatur id inauspicatum illud Castellianum Colloquium; in quo bini
Rintelenses recentiores Theologi, (ab omnibus suis, Antecessoribus in
Academia ista nimium quantum sententiis discrepantes) sexies sex ho-
ris, etiam inter saliares epulas transfegerunt, de quibus per sesquiseculum,
à Viris vera pietatis, Christianæ Concordiæ & candida veritatis Zelo fla-
grantibus, transigi non potuit; Castigârunt hanc temeritatem veluti sum-
mi è specula vigiles, Celeberr. Dnii Wittenbergenses Theologi, ma-
gno nostratium consensu receptâ Epicrisi. Credebant ad frugem reduci
posse errantes; sed ipsi per devia precipites apologeticâ epistolâ, non sui-
modo, sed & novellorum fratrum defensionem susceperunt. His ut parens
gratiam referrent Marburgenses surrexit ibi Hieron. Wetzelius & suo-
rum & Rintelensium patrocinium egit, nempe ut mutuis officiis tanto corret
arctius recens amicitia; eo verò successu, quo solet, cum contra in sole apri-
cantem veritatem, caligantes ad lunam noctuæ arma movent. Statum in-
vertit, manifestè falsa docuit, & animo nihil minùs, quàm fraterno, fra-
trum dogma pro absurdo, glossam pro falsa, corpus pro ubi vel multi queti-
stico diffamavit. Et illis quidem ab ipsis Dominis Wittenbergg. ala incise
sunt. Huic ut ego satisfacere Magni quidam Viri suasores fuerunt. Prosti-
tebar quidem meam in hoc bello imbecillitatem, sed solabantur me suo & ve-
ritatis semper invidiæ subsidio. Parui lubens, debebam enim ut Preceptoribus
meis hanc, & longè majorem gratiam. Accipe itaque B. L. has vindi-
cias, iisque te æquum, quæso, judicem gere. Nolui luxuriosam adverse partis
prolixitatem sequi, nec erat pretium operæ. Sed angustos mihi terminos fixi,
& præcipua tantum insectatus sum, ex in sicubi obscuritas orta esset, condona-
bis, quanquam ex collatione cum antithesi elucidari posse sperem. Cæterum
te D. Wetzeli, ad eandem brevitatem hortor; &, si mecum agere lubeat,
ipsas controversiarum adi arces & adyta, reseca quæ confecta sunt, & ipsos
aggredere nervos, in quibus robur situm est; ita & operæ & impensæ com-
pendium fieri & redium Lectoris caveri poterit; quis enim cramben toties
recoctam non nausearet? Solam autem tibi Christi veritatem pro meta po-
ne; ea solum & unicum ad solidam Christi pacem iter est; Quis enim (ut
cum eo, quo cœpi concludam Hilario) ambigat, eam solam Ecclesiæ atque
Evangelicorum unitam pacem esse, quæ Christi est? Sine hæc, disside-
re longè est pulcherrimum.

I. N. J.



I. N. J.

§ I.



Picriseos syllogismus Principa-

lis §. I. hic est: *Q. manducationis & bibitionis Spiritualis necessitatem, non ad omnes salvandos extendere possunt, illis non convenit nobiscum de necessitate Spiritualis manducationis & bibitionis ad Salutem. Atque Calviniani non possunt &c. E. Minorem probant: Quia 1. infantibus fidem derogent, 2. non quisquam adultorum per illorum dogmata credere possit, corpus Christi pro se in mortem traditum, &c. (Sine quâ fide nulla Spiritualis manducatio aut bibitio) idque, quia negetur à Reformatis, Christum pro omnibus hominibus mortuum esse &c. 3. Quia se absolutè electos credant ad salutem, sine intuitu fidei in Christum, ac proinde fidem in Christum, necessariam ad salutem habere, ac statuere non possint. Hic, Wetzelii, distinguis 1. inter manducationem & bibitionem Spiritualem in S. Coena usu, & extra S. Coena usum. Illo modo negas majorem; hoc minorem. Vid. p. 15, 16,*

§. II. *Distinctio illa est vel generis in suas species, vel unius ejusdemq; rei in diversos respectus. Illo modo nullum ejus est fundamentum; quandoquidem non est nisi una manducatio spiritualis & eadem, ratione quidditatis, tam extra, quàm intra S. Coenam, idem objectum, idem actus formalis, idem finis & Efficiens. Sola respectus diversitas differentiam specificam non causatur, nec Elementorum disparitas ipsam protinus actionis formam tollit. (a) Proinde rectè Palatinus secundum suas hypotheses, nullam in confessione sua communionem Christi agnoscit, quàm quae fidelibus à condito mundo, usq; nunc & in futuro seculo communis fuit, est & erit.*

(a) vide Fundam. Deduct. Marburg. p. 813 seq.

A

Hei-

(a) In ver-
antwortung
tung wi-
der die un-
gegründ.
Auslag/
mit wel-
cher der
A. 1563
ausgegr.
gene Ca-
tech. 2c.

(b) in do-
rin. de Ar-
ticul. fun-
dam. p. 164

(c) Epist. a-
pologet. p.
89.

Heidelbergenses quoq; confitentur: (a) Daß Christus nicht anders /
dann geistlich gessen werde / im Nachmal so wol. / als zu anderer
Zeit. Vasa ex quibus sumitur cibus, manducationem non di-
stinguunt; Non alia pomi comestio est, cum illud ex aureâ, quam
cum ex argenteâ lance edis; sic nec spiritualis manducatio diversa
est, sive Christum ex verbo, sive ex symbolis manduces; tantum
abest, ut specie distinguantur. Unde non levem D. Curtius tuus,
ex quo hanc distinctionem habes, errorem errat: Quod sub hoc re-
spectu in S. Cœnâ, manducatio spiritualis primitus instituta, & actus,
huic sacramento proprius dici possit & debeat (b) Contra quem me-
ritò argum. Cujuscunq; actus essentia pridem fuit, eique non nisi ex-
ternus naturam nihil attinens respectus accedit, ille nec primitus in
N. T. institutus, nec S. Cœna proprius dici potest nec debet. A. Actus
manducationis spiritualis Essentia pridem fuit, eiq; non nisi externus
naturam nihil attinens respectus accedit. E. Actus manduc. Sp. nec pri-
mitus in N. T. institutus, nec S. Cœna proprius dici potest nec debet.
Specie siquidem & substantialiter differat oportet, quod primi-
tus instituitur, ab eo, quod olim extitit; nec S. Cœna actum sibi
proprium, quoad essentialia communem cum aliis habere potest.

§. III. Sed nec hoc modo Anglicæ sustinet. Nam idem utro-
bique cibus, eadem utrobique sumtio; Manducare & bibere spi-
ritualiter, est credere: Sicut autem non est nisi una fides, sic quo-
que non nisi manducatio & bibitio una; Sicut fidem in Cœna non
distinguis à fide quæ est extra Cœnam, ita nec manducationem
distinguere licet; Sicut denique fides ex diversitate symbolorum
essentialiter non multiplicatur, ita quoque manducatio & bibitio
spiritualis essentialiter unus & idem actus est, prout & spiritualis
fames sitisq; re ipsa conveniunt &c. vid. Joh. VI. v. 35. 50. 51. 54. 57.

Doceant te hoc Rintelenses tui, dicentes: (c) An fortè fides in
usu Eucharistiæ extensivè major, quam extra eam requiritur? Imò
una est formalis ratio fidei salvificæ, unum ejus objectum.

§. IV. Verùm demus, esse distinctionem; falsum tamen est,
hîc tantùm de manducatione spirituali, ut in Sacramenti usu fit, ser-
monem esse. Quia I. Non sequitur: In Colloquio Castellano ita
verba sonant: Et primò quidem in articulo de Cœnâ utrinq; conve-
nit, spiritualem manducationem Corporis Christi ad salutem omninò
necef-

necessariam esse, & sine eâ usum Sacramenti nemini esse salutarem;
 Ergò de hâc tantum manducatione spirituali loquuntur, quæ in
 Cœnâ fit, eiq̃ue propria est. Multa enim v.g. Meritum, beneficia
 Christi omnia & singula, fides, probatio sui, &c. in Articulo S. cœ-
 næ dici queunt, sine quibus quoque non salutaris est, quæ tamen
 ad ejus usum non restringuntur nec ei propria sunt. E. *Quæcun-
 que manducatio Spiritualis Corporis Christi ad salutem non omnimò
 est necessaria, de illâ his verbis non sermo fuit. A. spiritualis man-
 ducatio, ut in Cœnâ usu fit, non est (καὶ ἀνδρωπων disputo) omninò ad
 salutem necessaria, E. nec de illâ his verbis sermo fuit.* Ut te adigam
 ad absurdum, ex tua hypothesi. Minor tua est. Major prob. Nam
 omninò necessarium ad salutem Collocutoribus idem est, ac simpli-
 citer & semper, eo modo, quo fides, necessarium, hanc enim sub
 spiritualis manducationis & bibitionis metaphorâ intellexerunt,
 disertè hoc enunciant Rintelenses l.c. contra quos egit Epicrisis,
 hos tu, spero, falsitatis non argues. Quâ ergò necessitate fides ad
 salutem requiritur, eâdem quoque Spiritualis ista manducatio &
 bibitio. Adhæc; 3. In descriptione Spiritualis manducationis quam
 subjiciunt Castellani Collocutores, non verbo *symbolorum* fa-
 ciunt mentionem, quod tamen factum oportuit, si de hâc solâ lo-
 qui voluissent; Rubrica enim seu inscriptio, à textu seu descri-
 ptione probè discernenda est. Denique 4. Quid de hâc mandu-
 catione diu angeris? *Dices*, adjuvatur symbolis fides; scilicet,
tam certò, quàm certò &c. (pag. 14) ô verò miserrimam fidem, quæ
 non firmiori juvatur auxilio! Signa sunt inania & mortua; & be-
 ne adhuc tecum ageretur, si tuo tibi bono ea porrigi nosses; sed
 nunc *tam certò* scis unum, *quàm certò* scis alterum; nonne vereris,
 ne in vasor sis & usurpes, quæ jure te non attinent? Nam sensus
 fidei juxta vestram hypothesein, desperatum certitudinis asylum
 est, de quo postea. Scilicet juxta illud Hof. VII. 6. 7. Eph. IV. 14.
Errore in calefcitis חַטְוֹתָם & κλυδωνίζεσθε *penduli!* Postremò 5. sal-
 tem diffiteri non potes, hanc manducationem intelligi à Collocu-
 toribus, quæ cæteroquin & aliàs extra S. Cœnæ usum ad salutem
 necessaria est, quam cum nos ad omnes salvandos extendamus,
 vos a. eò extendere non possitis, nonné hinc, inter nos & vos de il-
 lâ non convenire, manifestum est? *Quamvis enim videri velitis*



illam ad omnes salvandos extendere, sano tamen, qui noster est, sensu non facitis. Quia Nostrates id intelligunt quoad seriam Dei oblationem & intentionem, respectu omnium & singulorum hominum salvandorum; Vestrates verò de applicatione respectu omnium solum Electorum ex absoluto decreto salvandorum, De Spirituali itaque manducatione, ut sic, hic agi, nec in eâ vobis nobiscum convenire certum est. Et hæctenus quoque Major Syllogismi Principalis constat.

§. V. Probationes DNN. Wittenbergg. nunc aggredieris, & earum Primam hæc formâ listis: p. 16. *Q. infantibus derogant fidem, illi eam necessitatem (quâ Spiritualis manducatio corporis & bibitio sanguinis Christi, ut ea in Cœnâ fit, ad salutem omnino necessaria dicitur) non ad omnes salvandos, prout fit à Luthericis, juxta Scripturam extendere queunt. A. Reformati fidem infantibus derogant. E. Dicitis 1. Majorem esse falsam. B. Majorem hanc sub his verbis tuis: ut ea in Cœna fit; pro nostrâ non agnoscimus, quippe quibus Spiritualem hanc manducationem ad solum Cœnæ usum alligas, eamque illi, quatenus extra Cœnæ usum fit, opponis, quod fieri non debere, modò demonstratum est. Quamquam enim Spiritualem manducationem, præcisè sub hoc respectu, non tribuamus infantibus ad S. Cœnam non admittendis, quia nondum se probare valent 1. Cor. XI. 28. per exercitatos sensus, Hebr. IV. ult. & fide reflexivâ seu experimentalis nondum instructi sunt, habente antecedentia sua, nempe auditum verbi Divini, & Consequentia, nimirum sui probationem, sustentationem, luctam, confessionem, &c. constanter tamen iisdem asserimus rem ipsam, videlicet Spiritualem manducationem in suâ quidditate & substantiâ, dum actualem salvificamque fidem illis assignamus, in actuali apprehensione justitiæ Christi nobis promeritiæ consistentem, cum quâ fide Spiritualis manducatio à parte rei eadem est; atque proinde generalem Christi, de Salute, per solam fidem impetranda, regulam non infringimus, quemadmodum vos, qui actualem fidem infantibus derogatis. Dicitis 2. Minorem quoque falsam esse. Quia etsi Reformati gradum & modum fidei, qui est adultorum, infantibus negent, eos tamen non in solidum omnem illis fidem denegare; Bene, quam ergò fidem illis tribuis? Quæ non sit actua-*

actūalis, neq̄ promissionem evangelicam actu ipsis applicet, sed quæ tantū sit habitualis, seu talis gratia Spiritus S. quā ipsi infantes suo modo, verè tamen regenerentur, semen & radix fidei, ut explicant Calvinus, Beza, Marjyr, Musculus, Trelcatius, Bucanus; Inclinatio & fides potentiâ, ut Ursinus & Polanus, hos enim in opinionis tuæ fidem testes nominas p. 16. 17. 18, ex quibus tu & Marburgenses tui explicandi estis, qui studiosè sub generalitate phrasium doctrinæ vestræ Virus occulitis, hoc tamen non obstante, isti fidei regenerationem tribuitis. Tot penè falsa, quot vocabula. Certè semen & radix arboris, non sunt ipsa arbor; inclinatio ad rem, non est ipsa res, & causa potentiâ non est actu causa. Quis ergò semen & radix fidei &c. ipsa & vera fides erit? Fides est ex genere instrumentorum, quibus nihil vel agimus vel patimur, antequam existant; Unde Christus Marci XVI. 16. dicit: *Qui crediderit, non, qui in potentiâ ad credendum fuerit, salvabitur. Credere & non habere actu fidem est non credere. Fides sine actu suo formali est σιδηροζυλον, at talis est vestra.* Disertè enim eidem actualem fiduciam & applicationem promissionis evangelicæ derogas; manifestum igitur, nullam vos infantibus fidem relinquere; quos ubi verè regenerari docetis, quid nisi insomnes somniatis! Quæ falsa prolixius detecta leges in solido illo summorum Virorum DNN. Wittenbergensium scripto (a) Rintelensibus opposito. Supponimus autem cum D. Apostolo, non esse nisi unam fidem, cujus natura, ubique se pariter habet, cum in adultis tum in infantibus, nec esse plus, quàm *accidentalem differentiam*, quoad media & adjuncta. *Illud* cum Rintelenses hi (b) nobiscum fateantur, quâ ratione hoc negent, non video. In adultis nempe solo audibili verbo, (ita enim tu p. 14) in infantibus autem verbo, S. Baptismi signaculo vestito, primùm gignitur &c. ut jam non habeat, quod miretur Curtius vester, (c) quanquam ex verbis ex B. D. Dorscheo p. 417. productis, ipsemet satisfacere sibi potuisset. Veteres, & Nostri, quos allegas, omnes *actualem* fidem infantibus modo explicato largiuntur, & sic ubi negare videntur, per *actualem* fidem non nisi *reflexivam & experimentalem* intelligunt, id, quod de Augustino verum esse Beat. D. Chemnitius (d) probat ex libr. 1. de pecc. mer. c. 12. ubi dicit: *parvulos nondum habere sensum*

(a) Antap. pol. à pag. 459. ad 455.

præprimis §. 11.

(b) Epist. Apolog. pag. 89. 114. lin. 13.

(c) Doctr. Reform. de fund. sal. p. 419.

(d) Exam. C. T. P. 2.

A. 3.

fidei.

ad Canon fidei, cæterum Augustinus & Chemnitius talem infantibus con-
 13. de Bapt. cedunt fidem quâ regnum Dei accipiant actu, quod sine fide actuali,
 p. m. 24. exposito sensu nostro, ceu solo & unico organo $\lambda\eta\pi\sigma\iota\mu\omega$ fieri non
 seq. posse in propatulo est. vid. Matth. XIIX.6. c. XIX.14. Marc. XVI.
 (a) Fascic. 16. Joh. III. ult. &c. confer B. Dn. Feurborn. (a) B. D. Hunnius,
 2. disp. 9. infantes credere, disertè ait, tantum modum intelligi posse negat;
 (b) Irene comparatio cum homine dormiente ultra reflexos actus non est ex-
 Siren. tendenda, par judicium esto de aliis, vid. Clariss. D. Faustium (b)
 (c) Inqui- & Celeberr. D. Wagnerum. (c)
 sit. in Acta
 Henot.

§. VI. Secundam Nostratium probationem supra §. 1. re-
 censitam, iterum Syllogismo includis, ex cujus majore parenthe-
 sin tuam, ob rationem §. præcedente datam, velim eximas, eam
 enim non agnoscimus. *Distinguis adultos in fideles & infideles. De
 his majorem falsam, minorem veram; de illis majorem veram, mino-
 rem falsam proclamans.* At vanum hoc est effugium. Quæstio hîc
 est de Subjeto fidei indubitatae gignenda, quale non sunt fideles,
 quatenus tales, in quibus fides jam indubitata genitâ est. Sed infi-
 deles, non quidem in sensu composito, sed diviso, prout homo lapsus
 conversionis subjectum, & Deus impium convertere & justifica-
 re dicitur; proinde limitatio subjecto est contraria, ut, quod
 hîc universaliter sine tali limitatione sumendum est. Nempe
 quæritur: An Reformationum dogma: *Christus tantum pro
 minimâ hominum parte est mortuus: in omnibus & singulis homi-
 nibus adultis, hanc fidem gignere possit, quâ unusquisque certò &
 indubitato statuat, Christi corpus etiam pro se in mortem tra-
 ditum, ejusque sanguinem quoque pro se effusum esse?* Quid con-
 tra hanc lucem distinctionis tuæ nubecula? Vides argumentor-
 um nostrorum Soles plenâ luce emergere! Negamus quenquam
 stante hoc dogmate, indubitato illud credere posse, quia ex ma-
 jori particulari in primâ figurâ nihil certi sequitur. Fides solo
 promissionis nititur verbo; ipsa nihil sibi rapit, tantumdem acci-
 pit, quantum datur; quod non est in promissione, non est in
 fide. Quis ergo Christi justitiam, mortem meritam, indubitata fi-
 de sibi vendicaret, si Christum pro se mortuum ambigeret?
 Hinc invitâ Minervâ & reluctante conscientia D. Wetzeli scri-
 psisse

psisse videris; Majorem nostram non esse solidam, adeò trepidas,
 & nihil agis, nisi quòd in principii petitione miserè te exerces;
 tandem ad illud toties protritum confugis: *Christus pro omnibus
 credentibus est mortuus. Ego Credo. E.&c.* Sed heus bone Vir, te-
 neo te, donec hujus tuæ fidei rationem reddas! Quid credis, &
 quò tua fides nititur! Credisné Christum pro te esse mortuum?
 Nego te credere, probes ergò, verbum cedò! Num quia pro om-
 nibus mortuus est? Negas. Num quia pro te; ais quidem, sed
 ubi hoc scriptum est? Num quia pro paucis mortuus est? At
 probes mihi, in eorum te numero contineri; num *quia te crede-
 res sentis*, at vanus sine verbo sensus & fallax est. Unde scis illum
verum Electorum fidei sensum esse? nonne metuis, ne contra
 quàm Samuel, *humanam* vocem pro *divinâ*, & scintillam terra,
 pro igne *cælesti* apprehendas? meministi enim secundum Calvi-
 num & alleclas, *eundem posse fidei affectum & sensum esse in Repro-
 bis, qui & in Electis.* Adhæc, quomodo solaberis tentatum, qui
 amisso *omni sensu* fidei de salute dubitat? Dices, habere ipsum fi-
 dem actu primo, non secundo, eamque in ipso vivere sine fructu,
 ut arbor in hyeme; sine sensu, ut infans in matris utero. *Regeret
 tentatus.* Unde hujus me certum reddes, cum nec in scripturæ,
 nec cordis mei libro scriptum sit! (Ita enim Wendelinus (a) Cer-
ritudo fidei non est scripta in libro scriptura, sed in libro cordis nostri)
 Dices; inde, quia illam *antè* habuisti; Deus autem nulli Electro-
 rum fidem dat ad tempus, sed in æternum duraturam. *Regeret.*
 Quibus indiciis mihi indubitato id ostendes, cum & Diabolus
 Angelum Lucis simulare, & salutes Spiritûs S. actiones imitari
 soleat; quin potius hinc, quia fidem nullam sentio, infero, me
 adoptionis Spiritum, & Electorum propriam fidem nec habere.
 nec habuisse unquam. Dices; spera in Dominum, non confunde-
 ris. *Regeret;* Quid sperem sine fide; quid credam sine verbo?
 Egregia videlicet fidei vestræ fundamenta, quid enim aliud,
 quàm *νεφέλαι ὑποκαίλαπ & ἐλαυνόμεναι*, 2. Pet. 11. 17. Ex quibus
 quia *Charles Drelincourt*, se non expedivit, in consolando fidei
 suo, oleum & operam perdidit. (b)

(a) Libr. 1.
 Christ.
 The 1 c. 24
 p. m. 569.
 et p. 588.

(b) Dans ses
 visites cha-
 ritables
 P. 1. visit a
 premiere.

§. VII. Tertiam DNN. Wittenbergensium probationem
 §. I.

§. I. allegatam, rursus in forma repetis, postea distinguis: Dicitur aliquis absolute Electus ad salutem sine intuitu fidei in Christum, dupliciter, vel ut fides in Christum non sit causa impulsiva, aut instrumentalis Electionis; aut ut non sit medium consequenda (puta in tempore) salutis. Illo modo Majorem negas, Minorem concedis. Hoc Majorem concedis, Minorem negas. Deinde compluribus Electionem ab intuitu fidei, tanquam causam, absolutam esse, probare niteris, prorsus ἀπαιδέτως. Cum enim vos asserere in confesso sit: Electionem ab intuitu fidei, antecedenter, ratione *ὑποϋψώσεως* divina se habentis seu a priori absolutam esse, (a) Ideo impræsentiarum quaeritur: An illi, qui Electionem strictè dictam, (quatenus est actualis & æterna separatio singularium quorundam hominum à coetu non salvandorum, antequam in rerum natura existant) (b) propugnant factam esse, sine intuitu fidei in Christum prævisæ, tanquam rationis volendi, ex parte objecti, nostro concipiendi modo, Electionem antecedentis, an illi, inquam, fidem in Christum ad salutem necessariam habere ac statuere queant? Quod Tu affirmas, Nos negamus, invictis his moti argumentis: I. *Quicquid non fuit ratio, cujus intuitu, Deus ab aeterno quosdam elegit ad salutem, illud nec est ratio, quam respicit Deus, ut quosdam in tempore salvet.* At fides non fuit ratio, cujus intuitu Deus ab aeterno quosdam elegit. E, fides nec est ratio, quam respicit Deus, ut quosdam in tempore salvet, & consequenter non est unicum *ληπτικόν* medium, apprehendendi meritum Christi, cujus intuitu Deus impium justificat, utpote cujus gratiâ fides ad salutem necessaria unicè æstimatur. Major nititur conceptu formali rationis volendi, cujus gratiâ voluntas aliquid exequi statuit: Sic ratio everlæ actu à Deo Sodomæ non alia est, quàm cujus gratiâ evertere decrevit; Pariter intelligi nequit, quo pacto affirmetis Deum in damnando actum impio peccatum respicere, nisi idem quoque ut antegrediens in Reprobatione respexisse statuatis; quanquam ultra tertium hæc comparatio extendenda non fit, fides enim non est ratio *movens meritorie propriis viribus*, sicut peccatum est *meritorie movens ratio*, ut damnationis, ita reprobationis. Et contradictio in adjecto est, statuere aliquid rationem, volendi effectum quempiam, & tamen negare Efficientis voluntatem, ut illum efficeret, antecedenter eò respexisse! Minor est vestra, vera ergò conclusio.

(a) vid in
judic. Pro-
vinc. in
syn. Dordr.
p. 364. & p.
i. p. 244 seq.
Wend. lib. 1
Theol. Chr.
c. 1. pag. 87.
seqq. cap. 3.
p. 147 seqq.

(b) B. D. D.
Hulseman.
Breviar.
extens. c. 15.
p. 243.

§. VIII. II. *Quicquid Eligendis à Deo ab aeterno absolute, simpliciter, infallibiliter & immutabiliter sine intuitu ullius, sive cause, sive medii, sive conditionis, sive antecedentis rationis, (sano semper sensu) sed cum exclusione illius, unice Dei beneplacito destinatum, & reapse adjudicatum est, ad illud conferendum fides, ut medium ἀπλῆκὸν simpliciter, & absolute necessaria haberi ac statui nequit. A. Salus aeterna Eligendis modo dicto juxta vos destinata & adjudicata est. E. ad Salutem aeternam Electis conferendam fides, ut medium ἀπλῆκὸν simpliciter & absolute necessaria haberi ac statui nequit. Minor vestra est. Major etiamsi sponte sua luceat, probatur tamen: 1. Si Deus absolute & sine fide Eligendos ad salutem destinavit & segregavit, detur ratio, cur non etiam absolute & sine fide salutem iisdem conferre decreverit, vel actu conferat? 2. Si sine intuitu fidei electi sunt, ergo & sine fide sunt in gratiam recepti, justificati, reconciliati, sunt Filii & haeredes vitae aeternae, imò in oculis Dei jam habent salutem; Sic S. Paulus dicit gratiam nobis datam esse in Christo Iesu ante tempora secularia, 2. Tim. I, 9, quod vos fatemini, g. fide illis, ut hanc consequantur non est opus. 3. Quia quod Deus sic fieri, absolute voluit, id quoque non potest non sic absolute, cum statuere ab aeterno exequi, tum facto ipso in tempore exequi, nisi in voluntate mutatio, in virtute infirmitas & in eventu fallibilitas contingat; (objectum enim, quantum ad hoc, immutatum manet) Nempe, vel, ut, quod absolute decrevit, non possit absolute exequi; vel, ut non velit, nimirum decernat quidem Eligendis salutem tantum, quia absolute vult, statuatur autem conferre, & actu conferat, quia finaliter credunt; vel, si quidem absolute quis electus esset, executio autem postea suspenderetur à conditione simpliciter necessaria, quâ non praestitâ, electus caderet salute, quod absurdum; Irresistibilis enim gratia vestra, purum putum malè feriatæ rationis est figmentum. Aut ergo fides in Christum ad salutem ita necessaria est, ut ab ea dependeat, & eâ positâ obtineatur; non positâ, non obtineatur salus. Aut ita, ut sive adsit, sive non, salus tamen sequatur. Si illud, tum pariter consilium, propositum & decretum de salute & Electione, (quod Electionem ordine antecedit & non nisi hoc est: *Quicumque in Christum finaliter creditur use est, beatus & Electus esto*) ingredi, electionemque*

B

ordi-



ordinare oportet. Divino enim Decreto respondet electio, & huic ex asse respondet executio, & ex hac cognoscitur illud; Sub qua conditione Deus quid exequitur, sub ea quoque decrevit, Esa. XLVI. 10. Pl. XXXIII. 11. Aut E. decretum Dei non absolutum sed respectivum, ordinatum seu conditionatum est, aut voluntas Dei mutata; aut hoc, aut illud! *Sin hoc*, tum fidem in Christum ad salutem necessariam dici non posse manifestum est; utrum ex his malis delibera!

§. IX. Perstat hinc D.Nn. Wittenbergensium argumentum: *Q. ad salutem absolute se Electos credunt, sine intuitu fidei in Christum, illi fidem in Christum ad salutem necessariam habere ac statuere non possunt. A. Reformati &c. E. &c.* Distinctio tua & limitatio nullius sunt momenti. *Vel enim per causam impulsivam & instrumentalem, ex propriis sive meritis, sive viribus, proprie & in rigore sic dictas causas intelligis; vel rationem tantum volendi, quam ex ἀπορρώσει* prioritatem ordinis, Deus antè respexerit, nostro concipiendi & loquendi modo, quam quosdam ad salutem elegerit. *Si illud*, iniquus es, qui nobis sententiam affingis à qua toto animo abhorremus! *Qui cum B. Dn. D. Mentzero* (a) *stultissimum esse pronunciamus fidem hominis, vocare instrumentum consilii, seu decreti electionis, cum Deus in consilio suo, nullius vel sapientiam vel auxilio vel instrumento indigeat. Si verò hoc*, tum actui voluntatis divinæ objectivè spectato seu saluti decretæ, assignari ratio potest. Quod & vestri faciunt, cum Reprobationis causam impulsivam, peccatum reddunt, itemque voluntatem Dei ἀλογον non esse, seu ratione non carere, imò Deum precibus nostris ad misericordiam flecti posse, docent. (b) Et hinc quidem ut Electionis aliquas rationes, modo dicto, figamus, cum ipse objectivum in S. Scriptura descriptorum ordo, tum humanus captus requirunt. Proinde qui fidem causam instrumentalem electionis appellant, hoc volunt. *Deum in decreto suo fidei ad quam respexit rationem habuisse, ceu instrumenti unici futuri, quo homines quidam ex ἀπορρώσει divinam praevidebantur aliquando in tempore meritum Christi apprehensuri, ejusque adeò intuitu ipsos elegerit, id quod tu cum tuis temere negas*, p. 23.

(a) Loco infra citato p. 92.

(b) *Wendel Chr. Theol. L. I. C. I. th. 18. p. m. 92. C. IV. th. 4. p. m. 173.*

§. X. *At, dicis, Electi sumus, ut simus sancti, Eph. I. 4. &c. sic est,*

est, sc. actu, in tempore & futurâ gloriâ. Dicis, *E. non intuitu fidei?* R. Nulla est Conseq. Non valet concludere: Electi sumus ad sanctitatem actu, maximè in futurâ gloriâ futuram, E. non sub ratione fidei; Ne quidem valet: Electi sumus ad fidem, in tempore actu habendam (*quo pacto Augustinus intelligendus est,*) E. non sub ratione fidei, ut prævisæ, & in *ποροῦντες* divinâ ab æterno spectatæ. Quin ex eo, quod hoc fine electi sumus, *ut simus sancti & inculpati*, sequitur electionem sub ratione fidei factam oportuisse, quemadmodum enim sanctimonia hæc, etiam ad renovationem pertinet, ex fide, ceu radice fluit, ita sine intuitu ejus, eo destinari non potuimus. Dicis, *crediderunt, quotquot ordinati erant, Act. XIII. 48. E. fides prævisæ est Effectum Ordinationis, & excluditur ab illâ ratiõne seu ordinatione?* R. Nihil minùs: Nam & crediderunt, quotquot justificati sunt, nec tamen fides justificationis effectum est, aut ab ea antecedenter excluditur. *Verùm demus, fidem esse Electionis consequens, quid tum? E. fides non erit Electionis ratio, nec ejus intuitu facta!* Non sequitur. Potest enim fides utrumque esse, ratio in fieri, & consequens in facto esse. Proinde distingues inter *intuitum fidei*, seu fidem ut prævisam & *existentiam* ejus, quæ in tempore sequitur; Illo modo est ratio Electionis, hoc consequens.

§. XI. Dicis, *sed fluit ex Electione, secundum B. Luth. qui credere & non credere debeant!* R. Fluit ex Electione fides non tanquã effectus propriè dictus ex suâ causâ, sed tanquam *Consequens* ex antecedente, ut dies ex aurora; Ex hac in tempore cognoscitur, quinam ordinati vel electi fuerint ab æterno; Quia ordinatio, Act. XIII. 48. 2. Tim. I. 9. Ephes. I. 5. 9. facta est secundum propositum, juxta quod ordinati sunt ad vitam æternam, qui audiunt Evangelium, cum gaudio suscipiunt, & ad finem servant, Rom. X. 17. Joh. V. 39. c. VI. 40. Luc. IX. 15. Cùm ergò Judæi spernerent Evangelium, Gentes autem cum gaudio susciperent, manifestum erat, illos, tenore hujus propositi seu decreti divini, ad vitam æternam non, hos verò ordinatos fuisse. *Nec propter fidem, sed per fidem, & propter meritum Christi fide apprehendendum nos Electos esse dicimus.* Obvertis, *Fides, sanctificatio, bona opera, & perseverantia in illis, subeunt decretum Electionis consequenter, Electio enim*

ponit has qualitates in Electis, non reperit, quia Electio primum beneficium est &c. Eph. 1. 3. 4. (p. 23.) Rē, non aliunde magis probatur falsa hæc esse, quàm ex adducto loco; Confertur enim disertè ibi benedictio in tempore, cum electione ante jacta mundi fundamenta, in eo, quòd utraque facta sit in Christo τῷ εὐλογηθέντι ἡμᾶς ἐν Χριστῷ, καὶ ὡς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ, per Christum, in quo habemus redemptionem in sanguine ejus, ψ. 3. 4. 5. 7. secundum beneplacitum, propositum, consilium, vel decretum voluntatis suæ ψ. 5. 11. non illud Calvinianum, etiamnum absconditum, sed γνωρισμένον, ψ. 9. confer 2. Tim. 1. 9. 10. secundum quod elegit non nisi προηλπιότατος ἐν τῷ Χριστῷ, ψ. 12. Hæc enim est æterna Dei Patris voluntas & decretum, ut, qui videt Filium, (in verbo predicatum,) & credit in eum habeat vitam æternam, Ioh. VI. 40. aliud electionis propositum & decretum non agnoscimus, & hoc fidem ingredi, ipsâque electione ordine prius esse, ex S. Scripturâ firmiter probamus: *Quacunque Electio facta est secundum propositum seu beneplacitum Dei γνωρισμένον, omnem, totumq; salutis ordinem completens, illam fidem antecedenter ingredi, necesse est.* A. Electio nostrum ab æterno, facta est secundum propositum &c. E. Electionem nostram ab æterno, fidem antecedenter ingredi necesse est. Major patet ex natura Consilii seu propositi, canonis & regulæ, accedente προγνωσῆς Dei, quæ priora sunt, saltem ordine, iis, quæ ad illa fiunt, & mensurantur. Prome Tu, si potes, aliud Evangelium; certè hoc, quod tenemus, alterius propositi, seu voluntatis divinæ non meminit, quàm hujus: *Quisquis in Christum constanter crediderit Electus erit;* Hoc decretum est, sub quo assumit πρόγνωσις divina: *Abraham, Isaac &c. credent constanter in Christum;* sequitur Electio: *E. Abraham Isaac &c. Electi sunt.* Hic terminus est, & quasi Concilii divini Recessus & conclusio; Aliud decretum de mediis consequendæ salutis, non agnoscimus.

§. XII. At, numquid & bona opera, per decretum ordinata sunt ad salutem media? (p. 23. lin. 16.) Quid superest, quàm ut de te Pontificii sibi gratulentur! Nullam qualitatē in nobis, tanquam ex nobis Deus eligens reperit, sed solam fidem in Christum constantem, ipse ex merâ suâ gratiâ in nobis, non repugnaturis, ut producere constituit, ita in nobis prævidit. Neque tamen hanc
in Ele-

in Electione respexit ut qualitas est, sed quatenus pretiosissimum meritum Christi, à quo solo omnis valor & dignitas, apprehendit & continet; quam Deus Eligens quidem in Electis demum actu in tempore ponit, at in Eligendis, ut certo futuram & à se ponendam supposuit, & previdit; secundum quod Heerbrand. Heshusius, &c. explicandi sunt. Nec denique Electio omnium beneficiorum origo & radix est; & nihil minus, quam hoc, ex Ephes. I. 3. 4. confirmatur. Siquidem Electio est pars seu species benedictionis spiritualis, cujus, ut & Electionis, fons & scaturigo est Gratia Dei, v. 3. 4. 5. seq. Cordialis Dei amor, quo universum genus humanum prosequitur, nec ullos perire vult, fons & scaturigo est, unde omnia salutis nostrae media fluunt. Et in os contradicis Wendelino, qui Exerc. II. p. 65. conceptis verbis, *liberrimam Dei eudonice fontem omnium mediorum gratiosorum* nominat nec aliter potest; sunt enim *decreta tñs eudonias*. Etsi postea p. 127. turpiter sibi iterum contradicat. *Quam sine ratione itaque Majorem nostratum illo modo negaveris, jam in aprico est.*

§. XIII. Quòd Majorem sub hac limitatione: *Q* credunt se absolute Electos, sine intuitu fidei, tanquam medii consequendae salutis, illi fidem in Christum ad salutem necessariam habere ac statuere nequeunt, concedis, nihil obtines. Quia 1. hinc, seu quantum ad hoc, non aliam esse rationem Electionis, aliam salutis ostensum est: (a) Hinc si Major de hac vera, non potest esse falsa de illa; aut detur ratio diversitatis! 2. Limitatio haec conficta est, & ordinem prorsus invertit. Propositum enim seu decretum divinum de mediis, antecedit Electionem; totamque decretorum seriem ipsa Electio claudit, ut quae secundum propositum facta est, Eph. I. 5. 2. Tim. I. 9. Nam Electio est Conclusio, quae ex decreto & praescientia, ceu praemissis, illata fuit. *Quicumque ergo fidem posteriolem Electione docent, illi nec statuere possunt, eam Electionis decretum hoc (in Scriptura manifestatum, de quo semper loquimur) ingredi, vel Electionem ejus intuitu factam esse; Et portenta verborum sunt: Absolute electum esse, & tamen intuitu fidei in Christum, non tanquam causa (vel rationis) sed tanquam medii consequendae salutis! Quicquid namque electione tantum posterius est, ejus intuitu ipsa fieri nullo modo potuit.*

(a) vide B.

D D. Men-

tz. erum c. II.

pag. 90. ad

Defens. 2.

P. convcr-

sat. Prut.

Crocii, &

responde, si

potes!

Electio tantum est posterior E. &c. Quid enim aliud est, alicujus intuitu quidquam decernere, quam ejus, antequam quis decernat, rationem habere?

§. XIV. Quod contra minorem, sub posteriori limitatione, inveheris, vana ira est: Nam eo modo vobis non impingimus absolutam Electionis executionem fatente Collegio Antivendeliniano Jenensi, sub B. D. D. Gerh. Solum, fictum esse decretum illud vestrum, & Electionem jam dum absolutè sine intuitu fidei juxta vos factam, limitare & ordinare non posse, utpote posterioris & post festum veniens, dicimus. *Dordraceni & Leidenses* in turbulento piscantur, & tecum egregiè ἀποβατῶσι. Confunditis studiò propositum, consilium & sic decretum cum Electione; Electionem strictè dictam, cum iis, quæ vel antecedunt, vel sequuntur; Quæsi de illis, respondetis de his, nempe nos de cepis, vos de allio! Breviter, Quæro: *An fidem prævisam ponas ordine priorem, quàm Electio strictè dicta est?* Negas & impugnas

(a) *Theol. cum Wendelino, (a) Absolutè ergò vos electos creditis hoc sensu, quem solum vobis impingimus. Cæterùm, judicet nunc B. L. an per calumniam Reformatis absolutam Electionem hoc sensu assignamus? Judicet etiam, annon propterea fidem in Christum necessariam ad salutem habere ac statuere nequeant? Et annon ex his omnibus luce clariùs appareat, minimè fieri posse, ut stantibus vestris hypothesis, inter Nos & Vos de Necessitate Spiritualis manducationis & bibitionis ad salutem, conveniat, aut convenire possit?*

§. XV. Dnn. Wittenbergenses §. II. negant Reformatos sincerè credere posse, Spiritualem manducationem & bibitionem esse actum veræ fidei, pro ut fertur in Christum crucifixum, seu in venerabile ejus corpus, pro nobis in mortem traditum, & sanguinem pro nobis effusum, & utrumque apprehendit, sibi que cum omnibus Christi meritis applicat. Quia 1. Corpus Christi virtute vivificâ divinâ præditum negent; nec 2. venerabile credant, ideoque nec fidem in eo collocare queant; nec 3. æternū Dei Filium in assumpta carne passum esse credant, indeque cum sola caro nihil mereri possit, etiam merita ejus fide apprehendere nequeant. Respondes ad 1. (α) posse id rectè negari, & tamen manducationem &c. spiritualem illam sincerè credi; cum (β) Scriptura divina Idiomatica
nun-

nunquam humana natura tribuat, sed Personæ, & (γ) ut Christi corpus infiniti pretii mortem exantlaret, non tam ipsum vivificum, quam verbi infinitam virtutem habentis proprium esse oportuerit. Denique (δ) vivificare, cum utrique naturæ commune apotelesma sit, tali communicatione non opus esse, sed sufficere, si unaquæque quod sibi proprium est, conferat, (a) humana tantum humana, mori pro nobis &c. Divina, tantum divina, vim & efficaciam addendo, distinctis naturis, virtutibus & operationibus.

(a) Sic enim Cassellis conventum est.

§. XVI. R. ad (α) Incompossibilia ea esse agnosces, si paulò adcuratius tecum meditatus fueris, quæ (p. 15) de Spirituali manducatione scripsisti, ita verò ibi: *Spiritualiter manduco &c. cum non solum novi, sed & firmiter statuo &c. Christi corpus non tantum pro me in mortem traditum, sed quoque mihi in cibum ordinatum, qui meus factus, virtutem vivificam in me effundat, & me alat, sibi me, & me sibi uniens ad salutem!* Compone nunc; Corpus Christi virtutem vivificam in me effundit, quam tamen non habet; me alit, sine vi altrice; me unit secum, nec vi uniendi pollet! Divinæ enim operationes, divinam arguunt virtutem; quæ negatâ, non possunt non negari & illæ. Ad (β) respondit pro me, Acutiss. D. D. Mentzerus p. m. Theologorum nostrorum Scaliger, ut appellari meruit ab ingeniosissimo D. D. Dannhauero, p. m. *Vivificandi virtus est communicata carni Christi. Vivificandi virtus est proprietas divina Deo λόγῳ essentialis E. Quædam proprietas Deo λόγῳ essentialis est communicata carni Christi.* Prob. Propos. ex Joh. VI. 48. 50. 51. *Panis ille vite, quem dat Christus, est verè vivificus. Caro Christi est panis ille vite, quem dat Christus, E. caro Christi est vivifica, seu quod idem valet: Carni Christi vivificandi virtus communicata est; Cui sequentem adjungit Syllogismum: Quicquid facere potest, ut æternum vivamus, id præditum est vi & virtute vivificandi, Caro Christi id facere potest. E. prædita est vi & virtute vivificandi.* Minor. pr. Quia Effectus arguit suam causam, actus suam potentiam; Implicat, vivificare verè, nec tamen vivificandi potentiam vel per se, vel communicatam habere, vide omninò locum, & responde! (b) *Rintelensium* vestrorum, penes nos nulla est autoritas (γ) Ad rem I. *Aut caro, verè verbi omnia vivificantis propria est, aut non. Si illud, tum non potest non esse vivifica; Si hoc, non potest non Christus divelli; Hoc enim firmissimum.*

(b) Antimart. p. 168. 182.



- (a) Cyril. Simum contra Nestorium piæ antiquitatis argumentum fuit. (a)
 vol 1 Tom. 2. Quodcumque vim merendi intra se non habet, illud nec par est infi-
 1. f. 975. ed. nito prestando merito. At caro Christi, juxta vos, vim merendi in-
 "venet. finitam intra se non habet & nec infinito par est prestando merito, &
 consequenter traditione suâ in mortem mundo vitam parare nequi-
 vit. Maj. pr. Quia Meritum istud debet esse ἀλεξιφάρμακον καὶ ἀν-
 τίδοτον iræ Divinæ infinitæ, imò accuratissimum pretium, λύτρον,
 ἀντίλυτρον, ἀντάλλαγμα, emtionis, solutionis, restitutionis, 1. Petr.
 I. 18. 19. Matth. XX. 28. 2. Cor. V. 18. Ps. LXIX. 6. &c. ad demon-
 strandam justitiam divinam, legemq; Dei stabiliendam Rom. III.
 25. 26. 30. Gal. III. 21. ὡς ἐκ εἰνα δύνατον κρατεῖσθαι ἐπὶ θανάτου,
 Actor. II. 24. confer Chemnitium (b). Porro 3. Quicquid vivificum
 (b) De du- ab. Nat. c. non est, illud nec ut tale apprehendi nec apprehensum, vitam confer-
 24. p. m. re potest. Apprehendens enim respicit exhibens; quod hoc non
 132. f. num. habet, apprehendere illud nequit. Apprehensio hæc est fidei; at
 7. & 9. hæc non fertur in virtutem finitam & creatam, sed pro objecto habet
 (c) DN D. potentiam divinam & infinitam. [c] 4. Cum caro Christi nos vivi-
 Calov. in ficat, aut concurrat promerendo & applicando, proportionatâ vi ad
 Exam. D. actum vivificantem, aut λόγῳ vivificantium astat & conjuncta
 R. de P Ch. est. Si hoc, apertus est Nestorianismus, Christo que docenti car-
 p. 377. nem suam, λόγῳ unitam, quoque esse vivificantem, Joh. VI. 33. 50. 51.
 54. 55. contradicitur. Si illud, non potest non vivificâ virtute in-
 finita instructa esse, ut quæ sola huic tanto operi proportionata
 est. Etsi enim pati, morique ad hunc effectum promerendum ne-
 cessaria fuerint, ab iis tamen solis, etiam intra nudam unionem,
 nulla sperari ad vivificandum proportionata vis potest: 5. Sola
 λόγῳ assistentis & sustentantis dignitas, infiniti valoris pondus ad cu-
 ratum quod hic exigitur, passioni & morti addere nequivit; Seda-
 nimanda erant, & quasi imprægnanda, divinâ, unâ operante vir-
 tute. Sicut nec nostri Imperatoris dignitas, solvendo pro captivis
 λύτρον sufficeret. Proinde etiam seipsum pro nobis dedit λύτρον καὶ
 ἀντίλυτρον. Matth. XX. 28. Hebr. X. 10. 1. Tim. II. 6. Sanguine
 suo nos etiamnum ab omni emundat peccato 1. Joh. I. 7. Mer-
 (d) L. 1. Th. suo nos est, 1. Petr. I. 18, 19. &c. Pessimè enim Wendelinus vester
 c. 16. p. 329. catus nos est, 1. Petr. I. 18, 19. &c. Pessimè enim Wendelinus vester
 seq. c. 17. (d) more Scholasticorum, meritum Christi non intrinsecè, in se & re-
 p. 344. Ex- ipsâ, sed tantum extrinsecè, aliquo modo & gratiâ Dei, quid pro
 etc. 59. p. quo
 956.

quo sumētis ut alii, estimatione, infiniti valoris esse, statuit; quod quidam Calvinianis hypothefibus conforme est, sed Universæ S. Scripturæ repugnat, ut fusè juxta & egregiè hoc demonstravit, Theologorum illud Decus, D. D. Haberkorn, Dn. Præceptor meus ater-
 num venerandus (a) Ad (d) Non unum hîc absurdum noto: (a) Tract. de Perf. Ch. Diff. X. & XI. integris.

1. Apotelesma esse utriq; naturæ commune & tamen actionem ejus productivam, non esse utrique naturæ communem, sed tantum suam cuiq; propriam. Extrinseca hæc tantum naturarum conjunctio est, non verò intrinseca, ab arctissimo personalis unionis modo requisita communio; Scilicet, sicut plures operarii domum struunt, cujus aliquam sibi partem quisque vendicat, lignarius trabes, murarius muros; quod iterum Ephesino Anathemate dignum. Nam juxta Veteres in Apotelesmate non tantum utraque natura agit, quod sibi proprium est, verum etiam (non solum junctim & cum aliquali concursu, sed) cum communicatione alterius. Prius urgetis, posterius perperam omittitis. Et qui sic Naturæ humanæ vivificationis apotelesma quod divino humanam actionem requirit, tribuere queas, cum communicatam ei vivificam vim neges, sine qua nec actus vivificus esse potest? 2. Virtutem producendi hoc Apotelesma non unius, sed utriusque esse naturæ; Et tamen divinâ & infinitâ virtute vivificâ præditum esse, esse Idioma divinæ Naturæ, quod scriptura Humana Christi naturæ nunquam tribuat, p. 26. 27. Quælo, an alia, præter unicam illam divinam, vivificatrix virtus datur? Nonne ut vivificationem, ita & virtutem vivificandi uni & soli Deo vindicat Scriptura? vid. 1. Sam. II. v. 6. Psal. LI. 9. Ezech. XXXVI. 25. Mal. III. 3. Act. XV. 8. 9. c. IIX. II. 1. Cor. XV. 27. & c. Nonne Θείας φύσεως ἔστιν ἰδιον πλεονέκτημα? (b) Quænam ergò est illa, quam carni defers, producendi vitam virtus? Nimirum pati posse, morique; sed hæc in actu tantum naturali, sine personali à nobis assertâ βελιώσει divinâ, vivificandi virtute pollere, vesanus est, qui dixerit! Deniq; 3. Absurdè confundis pati, & mori, cū τὸ pro nobis pati & mori; Illud Humanæ Naturæ proprium est, non hoc, vide de his Celebrat. Dnn. Witzenbergg. (c) D. D. Wagnerum (d) si pugnas ardes, in his vince, ipsi triumphum parabimus. Hûc autem præprimis aciem dirige: illis Rintem. Quod corpus effectivè virtutem vivificam in nos effundit, & ut cibus lensib. op- nosposita à p.

C

400. ad p. nos alit, sibiq; ad salutem aeternam unit, illud virtute vivificâ infinitâ & divinâ preditum est. Atqui caro, (seu corpus Christi) hoc præstat E. virtute quoque divinâ & infinitâ vivificâ prædita est. Major ex dictis patet, ut & Minor, quam ipse probas p. 15. Orthodoxum consensum vestrum, quem nobis opponis, vide enervatum in solida illius Refutatione p. 145.

(d) Inquis. in Act. Hebr. p. 566.

§. XVII. Respondes ad II. *Falsum esse, Reformatos negare, carnem Christi, seu Filii Dei carnem adorandam, ac divino honore prosequendam esse.* Verum, sicûs hæc sunt folia, ad tegendam sententiæ vestræ turpitudinem, mutuò sumta; Produnt autem eam testes, quos citas; Hi enim partim *directè* id negant, partim tantum cultum *civilem* intelligunt, aut divino *minorem*; vel totum *Christum* non totum *Christi*; vel per *ἀλλοιωσιν*, vel *synecdochen*, quomodo corona vel sceptrum in adoratione Regis; vel, non ut terminum aut objectum, neque ut *quod*, neque ut *quo*; Personam, non naturam &c. *Omnes autem seu hypothesein communiter supponunt contra Libr. Concord. Christi carni, propter communicantem omnem divinam potestatem & gloriam, non deberi cultum adorationis divinae, pronunciante Gisberto Voëtio (a) Et, quia lites possentis.*

(a) Disput. Sel. 30 pag. 527. ubi plura vide, ad id quoque exprimum. amen Doct. Reform. de P Ch. Mag. D. D. Ca lov. à pag. 438. ad p. 436.

Quicquid enim divinâ Majestate & Excellentia non est preditum, illud nullo modo potest esse objectum adorationis divinae verum & proprium. Caro Christi, etiam in unione, secundum vos, non est divinâ Majestate & Excellentia preditum E. &c. Ut enim se habet carnis Majestas, ejusque apprehensio & existimatio, ita etiam & non aliter se habet ejus a orat o. At hæc, per vos, non est divina E. nec illa. Oritur illa Majestas ab attributorum amplitudine. Sequitur cultus potestatem & beneficia. Quantum unaquæque natura tribuit in opere, tantum illi retribuimus in cultu; tantum petimus ab unaquæque, quantum confidimus illam dare posse; si humana natura non potest nisi humana, etiam non possumus illi retribuere cultum, nisi humanum. Unde disertè & conformiter vestris

(b) P. II. Dub. Ev. 2. p. 451.

hypothesibus Spanhemius (b) Ludovicus Crocius (d) aliique: In precibus & compellatione utriusque nature tribuendum, quod illius est.

(d) Disput. Apolog. XI. p. 368.

Proinde adorationem distinguere solent, aut carnem quidem à toto Christo adorabili non excludunt, sed adorationem Religiosam in eam propriè ferri per negant, & sicuti adorant, sic etiam fidem

inu

in eam collocant; qui vel ipso Wendelino iudice una cum adoratione gemina, Personam dividunt; à quo tamen nec ipse immunis est, nisi carni Christi vel nullam adorationem, quod absurdum; vel Religiosam concedere velit, quod tamdiu est idololatricum, quamdiu illi divinam Majestatem communicatam negaverit (a) ut ita, D. Wetzelii, turpem ignorationem Elenchi committas, quando veram Adorationem, à nobis creditam, probari à vobis docere debebas, tu interim pro personata & larvata vestra testium nubem adducis, & hoc ipso falsissimum testimonium dicis. Manet interea, quia hanc carnem verè adorare non potestis, etiam in eam vos credere, aut illam spiritualiter manducare non posse, & merito à Nostris Augustini dictum (b) Nemo illam carnem manducat, nisi prius adoraverit, adhibitum esse.

(a) Theol. L. 1. c. 16. th. 5. explic. 3 Exerc. 59 p. 965.

(b) in Psal. XCII.

§. XVIII. Ad III. iterum falsissimum esse, ais, vos id negare. Quòd si id nostro, hoc est, orthodoxo intelligeretis sensu, esset, de quo nobis gratulareremur; Nempe, Deum λόγον sibi verè appropriasse passionem; adeò, ut quàm verè Deus λόγος factus sit caro, & proprio sanguine suo Ecclesiam redemerit, tam verè Deus λόγος passus sit in sua carne: At verò, cum κυρία δόξα sit, & Reformati iterum, iterumque protestentur: (c) Divina tantùm de divina, & humana tantùm de humana natura intelligenda esse; insuper etiam de naturarum unione & communione non rectè sentiant, indeque communicationem Idiomatum negent, non possumus non in eam venire sententiam, retinere illos, & vos cum illis (Calvini, Beza &c. Praceptorum suorum, de Allaeosi & Synechoche mentem: Nominare Naturam divinam & intelligere humanam, nominare totum Christum, & intelligere alteram tantùm partem; & per particulas, secundùm, quoad, non determinare tantùm, sed simul excludere. Unde & Tu ais; Tota Persona est passa: Deus verè & realiter est passus; i. e. Persona, qua est Deus & homo, est passa, non in Deitate, sed in carne; sub quibus Calvinii sententiam haud obscurè sistis, quid enim tantâ circuitione opus erat? Petrus potenter tropos ad tropicum Cancris profligat, ajens I. Petr. III. 18. ὁ χριστός ἔπαθεν καὶ ἔδωκε τὸ αἷμα ὑπὲρ τοῦ αἵματος. quod more vestro exponi non potest: Natura humana, vel Christus, juxta naturam humanam passus est carne. Similiter Lutherus. Quæ hic eorum est sententia, etiam vestram esse.

(c) In ausführlichen besicht. c. 6. p. 154, 194. & passim.



Et, quàm optaremus! Verba sæpè probamus, mentem averſamur; corrigite hanc, & illa condonabimus. Aliud quidem est pati, aliud vim passioni conferre; hoc tamen λόγος non potest, nisi illud sibi verè & realiter proprium fecerit, ac proinde tali casu inanis passio maneret, & fide ad salutem adprehendi nequiret. Excluditis enim à passione divinam Naturam, nec illam ad hanc refertis, sed Filium Dei tantùm in Personalitate suâ utrique Naturæ communi intelligitis. Intelligitis totam Personam, ceu tertium quid, ab utrâque naturâ distinctum; Non conceditis communicatâ carni Deitatem ejusque infinitam dignitatem, ergò nec passioni & morti ejus; hinc, non in reipsâ, sed tantùm aliquo modo, & nudâ eâque gratuitâ æstimatione, illius meritum infiniti valoris dicitis. Quî ergò hâc in parte nos vobiscum conspirare possimus, qui

(a) De Perſon. Christi. *ὁμοία μὴ λαλεῖτε, ἀνόμοια δὲ φρονεῖτε.* Phrasin illam, *Deitas est passio* non admittimus (a) vide *Magnif. Dn. Præsidentem.* Plura ratio mei *Disp. VII.* non fert instituti, ad iterum *B. D. D. Mentzerum* (b) & *Magn. D. D. Calovium Dn. Praeceptorem & Patronum meum in summis* (b) in *Antimartin.* (c) Nihil ergò bini isti *Rintelenses* inconsideratiùs facere potuissent, quàm quòd cum *Cassellanis*, in manducatione Spirituali ibi descriptâ convenerunt.

(c) *Exam. D R. de Perſ. Chr. p. 225. 237.* §. XIX. Docent §. III. *DNi Wittenbergg.* I. Perceptionem sacramentalem, quatenus talis est, non ferri in totum Christum *θεῶν ἰσώπων*, neque immediatè in meritum Christi, sed pro objecto habere corpus & sanguinem ejus, quâ sub distinctis symbolis exhibentur &c. ut verba Institutionis disertè habeant II. His Reformatos contradicere. III. Christi verbis fidem derogare, ejusque Testamentum impugnare. IV. Re cœlesti privare. V. Blasphemare, è Christi verbis, secundùm *ῥηθὼν* acceptis Sarcophagiam &c. redundare. *Ad I. & II. distinguo (α) inter perceptionem sacramentalem prout à nobis exponitur, & prout à vobis. Illam negas Institutionis verbis doceri; hanc ais (β) Corpus & Sanguinem Christi non ori corporis exhiberi sub distinctis symbolis, sed fidei. (γ) Vestram perceptionem utrumq; seorsim & distinctis actibus accipere, nostram utrumque simul, actu uno, (δ) tantùm absurdo dogmati nostro vos contradicere, dicitis.*

§. XX. R: ad (α) Perceptionem à nobis assertam, in verbis:
S. Cœ-

S. Cœnæ substantialibus non solidè fundari, impudens sanè inficiatio est; resolve Nostratum argumenta idque feliciùs, quàm *Wendelinus, aliq;*, & laudabimus. Interim cape hoc: *Quac. Perceptio his Verbis: Edite, hoc est Corpus meum. Bibite, hoc est Sanguis meus, à Christo commendata est, illa est vera sacramentalis, inq; Verbis Institutionis solidè fundatur. A. Perceptio Oralis, corporis Christi cum pane, & sanguinis cum vino his verbis &c. commendata est. E. est vera sacramentalis, inque verbis Inst. solidè fundatur.* Maj. prob. Quia hæc verba substantiam S. Cœnæ explicant, E. & perceptionem sacramentalem. De actibus enim huic soli Sacramento propriis, noviterque institutis, hic loquimur, non communibus. Minor in ipsis Christi verbis, si littera & simplex eorum sensus servetur, vobis ipsis fatentibus, continetur, à quibus, cur recedendum sit, aut *cogentes rationes* adducite, aut tac etc. Iuffit illos *unâ* comestione & bibitione, ore edere & bibere, hoc, quod est corpus Christi, pro nobis traditū, & hoc, quod est sanguis Christi, pro nobis effusus. *Vides hic conjuncta corpus & sanguinem cum pane & vino. Vides duplex objectum sed unitum, & nonnisi unam* utriusque perceptionem, uno vocabulo, unum significatum habente, notatam; quam *oralem* fuisse, symbola sunt indicio; Ad hæc enim, ut media, respectum habet & institutio & consecratio; quorum autem hæc se referunt, eorum etiam corpus & sanguis *divinâ suâ præsentia* tendunt. Et eo sine dubio præsentia utriusque & unio respicit, quò respicit prædicatum; Sed hoc respicit etiam panem & vinum E. Proinde, quo instrumento panis & vinum percipiuntur, eo etiam corpus & sanguis illis unita, cum nullius alterius distincta comestionis & bibitionis in substantialibus hisce verbis mentio fiat. Ac illorum symbolorum perceptio, præcisè hinc quo ad sacramentale spectatur officium, & actus, huic fini proprios; quos proinde perceptio corporis & sanguinis Christi, ex illis Christi, verbis: *Edite, hoc est corpus meum; Bibite, hoc est sanguis meus*, cum perceptione symbolorum habet communes; reliquos, qui sequuntur, v. g. *dentibus conteri, stomacho recipi &c.* quòd communes non habeat, non est mirum, cum nec ad officium istud conferant, intra quod arctè nosmet continemus. Itaque panis & vinum in S. Cœnâ visibiliter quidem tanguntur,

sed non quoad officium sacramentale, verum quatenus haec accidentia eorum naturalia sunt. Percipiuntur autem ut ὄψυμα (exesto carnalis cogitatio) corporis & sanguinis Christi, uno actu indiviso, eoque sacramentali, ad quod officium à Christo in tremendo hoc Mystero destinata sunt. Vides etiam substantiam corporis & sanguinis, non figuram, non speciem presentatam, vel objectam, nam haec non sunt tradita, nec effusa, sed illa. Si quid contra hanc lucem certum, ἀπίστες καὶ ὀφθαλμοὶ ἔχεις, adfer; sin minus, digito compeſce label- lum!

§. XXI. Sponte sua nunc sequitur, *Sacramentalem vestram perceptionem, spectrum tantum Sacrament. perceptionis esse. Ejus objectum, ais, non esse nisi rem terrenam [panem & vinum] & hanc solam à nobis oraliter & sacramentaliter percipi; agnoscis tua verba p. 35. Non argumento hic opus est, sed tantum collatione cum Christi verbis. Christus jubet sacramentaliter percipi hoc, quod est corpus & sanguis ejus; Reformati jubent sacramentaliter percipi, hoc, quod non est corpus & sanguis ejus; jubent enim percipi, rem tantum terrenam panem & vinum; Nonne hoc est Christo in faciem contradicere? Nonne hoc est nuda symbola statuere, Sacramentum evacuare, divina humanaque juxta habere; Nulla hic superest Mysteriorum ratio. Sola rei terrenae perceptio, non est perceptio Sacramenti; Sacramenta enim duabus constant rebus, caelesti & terrenae, uti ipse dare vis videri p. 39. Solius panis & vini perceptio, quotidiano victui inservit. Quod non est in perceptione Sacramentali noviter instituta, non est de Sacramenti percipiendi substantia. Corpus & sanguis Christi non sunt in perceptione Sacramentali noviter instituta. E. nec de Sacramenti percipiendi substantia. Conclusio est absurda, E. aliqua praemissarum, non Major; Oportet enim perceptionis Sacramentalis objectum esse totam rem Sacramenti, non partem; utp. à quo Sacramentalis, id est, Sacramento huic noviter instituto propria, cognominatur; de spirituali non potes excipere, cum ea Sacramento nec propria, nec noviter instituta sit, adeoque nec ejus nunc quidem ratio haberi debeat. E. Minor, quae vestra. Si E. sola symbola sunt objectum sacramentalis perceptionis, Sacramentum etiam non nisi solis constabit symbolis. Si hoc, corpus & sanguis Christi sacramentaliter nullo modo est praesens*

præfens, ne quidem significativè, exhibitivè & obfignativè. Absurdus est *Wendelinus*, dicendo, *pertinere quidem ad Sacramenti substantiam, sed non percipi, nisi fide*. Nam hoc Sacramentum est *medium offerens*; judicandum ergò de eo, ex natura talium medium. At verbi substantia in infidelium illabitur aures; Baptismi substantia utrisq; pariter & fidelibus & infidelibus contingit &c. E. & S. Cœnæ. *Nullius offerentis mediæ perceptio habet annexam conditionem fidei*; bene quidem *quoad actualem fruitionem*, non verò *quoad substantiam*.

§. XXII. R. ad [β] *Corpus & sanguinem Christi sub distinctis symbolis exhiberi ori fidei ad manducandum & bibendum*, nullum reperitur in verbis S. Cœnæ substantiam attinentibus, mandatum aut promissum. Aliud enim mandatum distinctæ exhibitionis in verbis institutionis non habetur, quàm: *Edite, hoc est corpus meum. Bibite, hoc est sanguis meus*. Quæ de alia quàm orali sumi non possunt. Executio testatur de mandato; Ore ederunt, E. ore edere jussi fuerunt. *Unum verbum idemq; in simplici axioma, non potest habere nisi unam significationem*. De Sacramentali hîc quærimus, nondum de spirituali. Illa instituta ibi est, non hæc sub illis. R. ad [γ] *Perceptionem vestram, quæ spiritualis est, utrumq; corpus & sanguinem seorsim & distinctis actibus accipere*, & falsum & vobismet ipsis adversum est, *Q. n. reipsa tantundem est ac fides, illud pro objecto non potest habere solum corpus sine sanguine & solum sanguinem sine corpore, seorsim, separatis & distinctis actibus accipiendum*. A. *Spiritualis perceptio vestra tantundem est ac fides E. &c.* Maj. prob. *Quia* 1. fides, quatenus salvifica est, non fertur nisi in Christum *Ἐν ὁπωπιον*, non in corpus sine sanguine, ceu redemptionis *λύτρω*, nec in sanguinem sine corpore, nec in totam carnem sine *λόγω*. Fertur enim in Christum, quatenus justitiam coram Deo valentem nobis impetravit. At verò non corpus seorsim sine sanguine &c. Sed totus Christus, Deus & Homo id præstitit. *Quia* 2. credere, utrumque, tam famem quàm sitim spirituales restinguit, uno eodemq; actu simul, Joh. VI. 35. *ὁ ἐρχόμενος πρὸς με & μὴ πενήσει. καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, & μὴ δεύσει πώποτε*. Hinc & soli manducationi spirituali *ψ. 57. 58.* addicitur vita æterna. Sicut contra incredulitas est simul & Filii Dei conculcatio, & sanguinis

nis

(a) Theol.
12h. 3. pag.
537.

nis eius profanatio, Hebr. X. 29. Minorem probat definitio Manducationis & Bibit. Spiritualis, in quam Cassellis conventum est, quâ *vera fidei actus &c.* dicitur. Et Wendelino iudice, Christum in verbo & Sacramentis recipere, nihil aliud est, quàm in Christum credere. [a] nec aliud, quàm fidem veram sub spiritualis manducationis metaphora vos intellexisse *Rintelenses* illi vestri prodiderunt. Idem quoque Caput VI. Johannis constanter docet. *Vel itaque fides vestra, manducato pane, & nondum accepto vino, protinus Christi meritum omniaq; beneficia apprehendit, sibi que applicat, vel non.* Si hoc, tum *vere fidei nomen haud meretur; Si illud, tum totum Christum, cujus solius hæc beneficia sunt, non solum corpus sine sanguine &c. manducare oportet.* Non ergò potest spiritualis perceptio vestra, quæ fidei ore fit, utrumque, corpus & sanguinem seorsim & distinctis accipere actibus [p. 35. lin. ult.] Et cum aliam distinctam corp. & sangu. Christi perceptionem in S. Cœnâ non habeatis, patet nullam vos habere, adeoque nec nobiscum hæc de re convenire posse. Stat enim argumentum nostrum. *Quæ perceptio corporis & sanguinis Christi, non habet pro objecto solum corpus sine sanguine & solum sanguinem sine corpore illa his Institutionis verbis: Edite, hoc est corpus meum, Bibite, hoc est sanguis meus non instituta vel præcepta est.* Atqui vestra perceptio spiritualis non habet pro objecto solum corpus, sine sanguine &c. E. His verbis Institutionis non instituta vel præcepta est,

§. XXIII. Quæ prætereà subjicis & non probas, calumniæ sunt quas resorbendas tibi propinamus. Nostra perceptio Sacramentalis non accipit utrumque, corp. & sangu. actu uno simul, sed *distinctis*. Nec accipit corpus & sangu. ubi quæstivum, sed illud, quod, & quo modo Christus accipere præcepit. Quanquam enim Christus ad dextram Patris exaltatus secundum humanam naturam omnia omnipotenter & omnipræsenter gubernet; Hoc tamē non obest, quò minùs singulari præsentia modo (de quâ supra & extra S. Script. sapere est desipere I. Cor. 4. v. 6.) in S. Cœnâ, corpus suum ita cum pane præbere possit, ut cum eodem non simul præbeat sanguinem; stamus hîc propriis Christi, cœu Testatoris, iisque clarissimis verbis, de cujus sapientia & veritate qui dubitat præceps sibi iudicium attrahit. Quemadmodum nec Universali
Præsen-

Præsentia Dei obstat, quominus singulariter & gratiosè uni sic adesse dicatur, ut tamen ab alio simul absit. 1. Reg. XIX. v. 11. seq. Prov. XV. 29, &c. Vid. August. (a) Pudeat interim vos (R. ad S) (a) Tom. II. æternum, dextram cum iis fraternitatis junxisse, quos absurda Epist. 57. dogmata, falsasque fovere glossas (p. 36. tuæ confut.) credebatis! col. 105. Et vos nunc, Duumviri Rintelenses, præcipitati iudicii fructum seq. agnoscite! *Nunquid non talium fratrum, & pudet, & piger, & pœnitet?*

§. XXIV. Dicis 1. *Cohærentiam verborum ostendere, Christum id dedisse suâ manu & de eo dixisse: Hoc est corpus meum, quod acceptum de mensâ, & benedictum fregit. A. corpus suum non de mensâ accepisse, nec fregisse. p. 37. R. Confundis actus ministeriales, v.g. acceptionem panis de mensâ & fractionem, cum substantialibus, v.g. consecratione, datione & jussione ad manducandum & bibendum; Et hos divellis à se invicem. Non enim de eo solùm, quod accepit de mensâ, fregit, consecravit, verùm & de eo, quod simul discipulis dedit, illosque jussit manducare & bibere, dixit: Hoc est corpus meum &c. Ut ita hoc præter panem & vinum simul corpus & sanguinem fuisse perspicua verborum Christi συνάφεια necessariò inferat. Actus illi sunt una copulativa, & actus quasi unus continuatus; primus respicit ultimum; benedicendo fregit, non benedictum.*

§. XXV. Dicis 2. *Si manu dedit, visibiliter dedit, ut enim de mensâ accepit, sic dedit; Apostoli eiam acceperunt visibiliter. R. Christus afflatu dedit Spiritum S. Apostolis, & Pater eundem specie columbæ Christo dedit; E. visibiliter dedit! quò in considerare ruis? De mensâ non accepit, E. nec sic dedit. Non solùm quod de mensâ sumsit, dedit, sed unà cum consecrato jam & porrecto pane & vino corpus & sanguinem suum dedit, atque edere & bibere jussit, dicens: Hoc sc. quod Ego vobis do, vosq; edere & bibere jubeo, est corpus meum & sanguis meus, in tremendo videlicet Mysterio. Confer omninò Fundam. Ded. Marb. (b) & solidam re- (b) Cap. 3. futat. Compilationis vestræ Cinglianæ, (c) ubi dicta Patrum, p. 887. seq. Chrysostomi & Augustini adducuntur, dicentium, quòd corpus (c) Cap. IX. Christi in S. Cœnâ manibus sacerdotum pertractetur, quin & quòd p. 611. corpus Christi in manibus ejus latum fuerit, dum dixit: Hoc est corpus meum.*

D

§. XXVI

§. XXVI. Dicitur 3. *E. totum extiterit in unâ sui parte, nempe manu, quod absurdum.* R. Rem scimus, modum ignoramus; si sciremus, mysterium non esset, quod captum superaret; *Distinguimus inter corporis Christi actum naturalem, & sacramentalem in tremendo Mysterio, inter corpus animale & glorificatum; corpus infirmum, & ad Dextram Dei Patris exaltatum;* Hoc, quæ absurda nobis videntur, qui agere posse negat, nã absurdissimus est omniũ! Patrem generare ab æterno *sine matre* Filium, ejusdem numero Essentiæ, quid rationi est absurdius? Et tamen id verum esse, nobis cum agnoscitis. Plura potest Deus, quàm comprehendimus; Manifestam involvi contradictionem, aut ostendite aut ineptire cessate. De dogmatis absurditate, ex S. Scripturâ, non ratione humanâ judicandum. Positâ terrâ diametraliter inter solem & Lunam non fieri Ecclipsin lunarem simpliciter esse impossibile, communis persuasio est; quod tamen non esse, inde patet, quòd si altiùs Luna solito assurgeret, umbram terræ evitaret. Cauti ergò in impossibilium censu estote! memores illius *B. nostri Lutheri: Stupidi & crassi homines sunt fanatici illi, qui corpori Christi,*

(a) *allegati non nisi unicum, eumquè comprehensibilem presentia modum tribuunt.* (a)

in Libr. Concord. de S. Cœna, pag. 755. seqq.

§. XXVII. Dicitur 4. *Si Reformati propterea corpus & sanguinem Christi percipere non possunt spiritualiter, quia oralem perceptionem negant, E. nec Authores suevici syngrammatis, quia hi idem non crediderint.* R. I. Nusquam tamen *Authores Syngrammatis* oralem manducationem præfractè ut vos negârunt, 2. Substantialem corporis & sanguinis Christi præsentiam perspicuè docuerunt, propter cujus negationem, Spiritualem manducationem salvam esse nequire, præcipuè dicimus; hâc enim positâ, oralis manducatio facilè sequitur; Idquè adeò verum est, ut *Syncretistarum ille*

(b) *injud. de Controvers. Theolog. §. 53. 54. seqq.*

Pater Calixtus fateri necesse habuerit (b) in eo *Authores Suevici Syngrammatis* discrepare à *Zyvinglianis & Calvinianis: Quod illis corpus & sanguis Christi verè, reapse & substantialiter in his terris, imò in ipso pane & vino presentia sint, & fidei exhibeantur, & sine illa presentia substantiali, spiritualiter seu fide manducari & bibi non possint;* Quod hi negent, I nunc, & in eius rei fidem *Calixtum* allega (p. 81.) 3. De ipso syngrammate vide *Historiam S. Cœna*

Cœna

Cœna (a) & Refutat. Cassell. Amœb. (b) Sumo inde pauca ex A- (a) *ad An-*
polog. Brentii junioris pro innocentia Patris. In actu solenni cum num. 1525.
Barth. Hagio in conventu Stutgard. Anno 1559. protestatus est (b) p. 198.
Brentius Senior: Ego hominem impudentiorem non vidi, quod au- seqq.
deas mihi vivo objicere meum scriptum, in quo expressè Zwinglia-
norum errorem refutavi, &c. vide locc. citt. In ipsa Brentii allega-
ta exegesi super Joh. VI. nihil diligentius inculcat Author, quam
ut sumtionem sacramentalem à Spirituali distinguat, p. m. 377.
Hec idcirco commemorantur, ut agnoscamus, dictum Christi non es-
se intelligendum de sumtione Cœnæ Dominicæ p. 372. Panem & vi-
num institutione Christi sanctificata, esse corpus & sanguinem Chri-
sti; quæ, etsi ab omnibus sumantur, non tamen omnes servari. Item
p. 376. Distribui in Cœnâ Dominica corpus & sanguinem.

§. XXIX. Ad IV. & V. respondes negando. *Tantum enim*
I. Vos glossæ Lutheranae fidem derogare, & absurdum nostrum dogma
impugnare. II. Vos expressè docere, & ingenuè confiteri, S. Cœnam
ex duabus rebus constare, terrenâ & cœlesti: Christum verè esse in
Cœna, & in illa vos verè carne suâ, & sanguine pascere & nutrire: Vos
in cœnâ verè fide percipere verum corpus & verum sanguinem Chri-
sti, adeoq; absque calumnia, quod Sacramentum cœnæ re cœlesti pri-
vetis, accusari non posse. Ita enim p. 39. quod citra necessitatem
multis testibus probas. Nec sequi, ais: Reformati negant à diavola-
tiavratione loci, E. omnem præsentia veritatem negant!

§. XXIX. R. I. Glossam non habemus, sed literam, cujus na-
 tivum sensum tenemus, vos magno molimine, totisque troporum
 turmis in illum incurritis. Nostrum dogma Christi est, illud im-
 pugnantes, non potestis non simul hoc impugnare, id quod ex di-
 ctis constat, & constabit ulterius.

§. XXX. R. II. Animadvertere velit *Benev. Lector. (a) Re-*
formatos subolere, negatâ omni verâ & substantiali præsentia, sa-
cramentum cœnæ re cœlesti privari, & non nisi nuda signa relin-
qui, ideoque pro aliqua præsentia veritate tantopere decertare. [b]
verè & realiter cibum manducare, nullo modo (reali puta, de hoc
enim quæritur) præsentem, à divinis esse, secundum Wendelinum
(a). Nullam siquidem cibi (c) manducationem fieri, nisi per conjun- (a) *Exer-*
ctionem cibi manducandi, cum manducationis organo. Quæ con- cit. p. 1771.
 junctio

junctio (d) sit vel ipsissima praesentia vel causa praesentia proxima in actu posita, Idem. (e) Accipere nos Christum in cena cum beneficiis, non tantum per imputationem, sed & per propagationem sanctitatis, velut à fonte perenni, (β) sicut & tu, (f) p.39. Christum suam carne & sanguine nos pascere & verè nutrire. Jam conscientiam vestram obtestor, qui possitis corpus & sanguinem Christi nihilominus toto remota caelo asserere, nec nisi relativam, repraesentativam & objectivam in S. Cena praesentiam statuere! sic enim p.46. te explicas.

(β) Wen-
del. Theol.
Christ. p.m.
504.

§. XXXI. R. III. Notare iterum dignetur B. L. Quæri [α] de Praesentia Divinâ, [β] verâ, reali, propriâ, substantiali, actuali, quâ [γ] opus est, ut fruamur corpore & sanguine Christi, admodum cibi & potus, supernaturalis quidem, attamen propriè dicti ore nostro corporeo, eumque [δ] ex symbolis, seu mediantibus pane & vino, eadem manducatione & bibitione, eodem instrumento. De [ε] Praesentia, quæ affectio Entis actualis est, & existentiam in actu exercito cum duratione praesupponit. De Praesentia, quæ ordinariè [ζ] est medium confirmandæ fidei, eamque ordine naturæ antecedit, non autem per eam demum fit, fateris hoc p. 85. lin. ult. De Praesentia, quæ soli huic Sacramento propria est [η] & ad ejus substantiam pertinet, nec fidei conditionem adjunctam habet. Non [θ] de Praesentia, speciei, signi, umbræ, vel figuræ, sed ipsius corporis & sanguinis; Nec (ι) de Praesentia vulgari, aut ex prima impositione; nec de ea, [κ] quæ vestro sensu, tantum est in verbo promissionis, significativa, relativa, vel in animo credentis objectiva. Sed de substantiæ unius ad suum Ubi, vel ad aliud ens coexistentia; quæ vel ipso teste Goclenio (a) est existentia rei cum re, à qua non distat, Non de (λ) locali physica denique, sed illocali divina, quæ sine à diaçasia esse non potest.

(a) in Lexic. Philol.

§. XXXII. Talem enim & non aliam R. IV. institutionis verba requirunt. Quicquid namque (ι) per modum cibi propriè dicti, cum pane & vino ore corporis, in actu S. Cœnae proprio à communicantibus percipitur, illud talem Praesentiam requirit. Atqui corpus & sanguis Christi per modum cibi propriè dicti, cum pane & vino ore corporis in actu S. Cœnæ proprio percipiuntur à communicantibus.

bus. E. Corpus & sanguis Christi talem praesentiam requirunt. Major prob. Quia modum manducationis sequitur modus unionis, & modo unionis respondet modus praesentiae; ita Tup. 45. Minor probata est supra §. XX. seq. quin & ipsi dicitis corpus & sanguinem Christi nos pascere & verè nutrire, non tantum per imputationem, sed & per propagationem velut à fonte perenni, quod sine ἀδιασasia reali fieri nequit. *Urgemus* (2) iterum Christi verba: Edite, Bibite, sc. ore vestro; Hoc enim est corpus meum, Hoc est sanguis meus &c. Matth. XXVI. 26. seq. Marc. XIV. 22. seq. 1. Cor. XI. 24. [3] *Illae verba*, quibus calicem vocat, Novum testamentum in suo sanguine Luc. XXII. 20. 1. Cor. XI. 25. At testamentum non est sine sanguine; Vetus quidem non sine sanguine animalium praesente; Et sic nec Novum, sine sanguine Christi etiam praesentissimo; qui si à Novo Testamento itidem abesset, nec nisi per externa repraesentaretur signa, ut olim in Veteri, quid quæso esset inter utrumque discriminis? Nonne Novum foret idem, quod Vetus? *Urgemus* (4) *κοινωνία* corporis & sanguinis 1. Cor. X. 16. quæ est rerum ἀδιασάτως praesentium, quo sensu sumitur passim in S. Scriptura, 2. Cor. XIII. 13. Phil. III. 10. 1. Petr. IV. 13. 2. Petr. I. 4. 1. Joh. I. 6. &c. (5) *testimonium* sanguinis, id est S. Cœnæ, testantis in terra, unà cum ministerio Spiritus & Baptismo, sicut autem hæc, nullo negante, ἀδιασάτως adsunt in terra, ita & ille. 1. Joh. V. 8. (6) *Spiritualem Christi praesentiam* quæ est vera, substantialis & indistans Matth. XIII. 20. cap. XXII. 20. Quidni E. etiam Sacramentalis in S. Cœna? [7] *Spiritum*, qui ceu res cœlestis est verè praesens in baptismo Joh. III. 5. Tit. II. 5. Quidni etiam corpus & sanguis Christi in S. Cœna? Res plana est, modò obstrepens ratio redigatur in ordinem; [a] *Cum ergò nulla sit alia Sacramentalis corporis & sanguinis Christi praesentia, quam quæ à DNNis Wittenbergensibus exposita est; Vos hanc negantes, non potestis non nudatantum relinquere & vacua symbola!*

§. XXXIII. Denique V. Argumenti tui major p. 39. lin. 14. *S. Cœnap. controversiæ statum non satis ferit, utpote de spiritali praesentia concepta, cum de sacramentali concipi debuisset, & vestro quoque sensu sumta falso falsior est, siquidem S. Cœnam ita duabus rebus, cœlesti & terrenâ, constare, & Christum ita esse in cœna, & carne sua*

(a) vide B. D. D. Dor-schai Consider. Declarat. de S. Cœnap. 213 seq & ad ea, si lubet, responde.



linguineque ita verè nos pascere & nutrire, illaq; ita verâ fide percipi docetis & confitemini, ut Nihilominus corpus & sanguinem Christi toto à nobis cœlo distare, nec in terris ullibi esse, acerrimè decertetis. Neque tamen Minor vera esse posset, si ingenuè intelligi velit. Novimus Reformatorum ingenuitatem; amant videri, quod non sunt; nec usquam minùs ingenui sunt, quàm cum se tales profitentur. Proinde Benev. Lector hùc animum oculosq; converte, & Reformatorù de præsentia veritate ingenuitatẽ discce. Scilicet corpus & sanguinem Christi in S. Cœnâ, his in terris celebratâ, verissimè realissimè & substantialiter, esse præsentia, exhiberi, manducari, bibique docent; nec minus tamen asserere audent, quoad indistantiam loci eadem tantùm in cœlo esse; In terris, ubi S. celebratur cœna non esse per coëxistentiam substantiarum in uno loco vel ubi; non esse præsentia panis & vino, non ori nostro corporeo per indistantiam loci, sed esse præsentia, tum signis, tum nobis; signis adesse & nobis solùm & mutuâ relationis habitudine inter signum & signatum, sicut res testamento legata non contineatur substantialiter in tabulis. Nobis adesse tantùm (alios enim modos rejiciunt) vel repræsentativè, quatenus panis & vinum repræsentantia corpus & sanguinem Christi, sint præ corporis sensibus, vel objectivè, sensibus animi, intellectui, voluntati, memoriæ, fidei spei &c. ita tu tuique p. 39. seq. 43. 44. 45. 46. 85. &c. Nunc dijudicent, quibus non scœnum est pro cerebro 1. An hæc Præsentia, institutionis Christi ἐμφασιν exhauriat? 2. An talis Præsentia verissima, realissima & substantialis nomen mereatur? sic enim & futura & præterita forent verè præsentia, & verè absens, foret verè præsens, & creatio mundi & resurrectio mortuorum &c. nobis verè essent præsentia, imò & Entia rationis, quæ nec sunt, nec esse possunt, sed ab intellectu tantùm finguntur, verissimè tamen realissimè & substantialiter præsentia essent, ἀτοπώλατων ἀτόπων!

§. XXXIV. Nihil te nunc juvat dicere 1. *Corpus & sanguinem Christi verè & substantialiter esse præsens (si non modus sed subjectum præsentia, istâ notetur voce) p. 44. esse præsentiam spiritualem p. 45. Nihil enim novi est, Reformatos verbis ad nos accedere, re alienos manere. Nos non solùm subjectum, sed & modum, nempe ipsarum substantiarum propinquitatem cum pane & vino veram*

ram

nam ac realem intelligimus, quod vos negatis; Quam & spiritua-

lem, ad Capernaiticas illas imaginationes excludendas, vocamus;

tametsi enim participatio illa ore fiat, tamen modus est spiritualis, (pu-

ra supernaturalis, & cœlestis) (a) longè iterū alio, quàm vos, si-

gnificatu, p. 45. hinc & corporalem quidam nominant, non ratio-

ne modi naturalis, sed objecti, organi & oppositi, quia ipsum

Christi corpus, ore corporis, non solo spiritu & fide, percipitur.

(b) 2. Non sequi: corpus & sanguis Christi non adsunt pani & vino,

secundum indistantiam loci, E. nullo modo vero & reali adsunt! Es-

se enim in verbo promissionis, quicquid autem in eo præsens sit, id aq̄

etiam in cœna præsens esse, ac quod existat in pane. p. 44. R. (α) Se-

quitur omninò de præsentiâ sacramentali, quæ non nisi ad ista ter-

minatur symbola. (β) Si de præsentiâ reali quacunque loquere,

sic formes argumentum: Quicumque corpus & sanguinem Chri-

sti, nec signis, nec verbo promissionis, nec ulli rei in S. Cœna

conjugi ἀδίας ἀτως dicunt, illis, eadem nullo modo vero & reali

adesse, dicant, necessum est. A. vos dicitis illud, dicatis E. & hoc

necessum est. Maj. prob. Quia non aliâ, quàm divinâ præsentiâ,

quæ sine ἀδίας ἀσία non invenitur, in cœna præsentiâ sunt. Mi-

nores toties ipse hæctenus inculcâsti. (γ) Verbum quidem nobis

propè est, sed, secundum vos, Christi corpus & sanguis non sunt pro-

propè verbo; nam offert eadem tantum & exhibet significativè, quod

est rerum etiam longissimè à se distitarum. Non ergò (δ) in verbo

præsente in terris, potestis recipere Christi corpus tantum existens in

cœlis; in cœlum vobis migrandum est, siquidem non inani spe, va-

nâque fide lactari & eludi præferatis. Nobis ascensu isto, descen-

suque non est opus, qui Christum, quoque quoad corpus, fidei

verbo ἀδίας ἀτως præsentem esse cum S. Scriptura piè agnoscimus

Rom. X. v. 6. 7. 8. 9. (ε) Denique, verbum istud: Edite, hoc est

corpus meum, Bibite, hoc est sanguis meus, propriè non est ver-

bum promissionis, solâ fide percipiendæ; verum, verbum Institutio-

nis, juxta quam corpus & sanguis Christi, ore corporeo cum pa-

ne & vino sunt percipiendæ. 3. Ad veram & realem rei alicujus

finitæ præsentiâ, non semper esse necessariam loci indistantiam, sed

existentiam rei, in sensibus corporis, vel animi. p. 44. R. ad rei ali-

cujus finitæ naturalem & finitam præsentiâ arctam istam indi-

stantiam

(a) Form. Concord. p. 755. Edit. Lips. Ann. 1654.

(b) Fund. Ded. Marburg. p. 779. & p. 893. seq.

stantiam ab eo cui præsens dicitur non semper esse necessariam fateamur. Necessariam autem esse docemus ad *præsentiam* rei finitæ *divinam*, ut non minus ad præsentiam finitam requiramus *si non semper immediatam, proportionatam tamen semper propinquitatem*. Sic Præfidi legenti Auditores præsentés sunt, qui lectioni intersunt, quanquam eundem non immediatè tangant; at verò, qui domi suæ, aut alibi sunt, utut ipsorum Nomenclator recenseat nomina, vel Præfidis teneat memoria, præsentés tamen dici nequaquam solent, possunt vé. *Præsentia, quæ tan ùm infert existentiam in corporis vel animi sensibus, sine arctâ indistantia, si divina sit, aut sine proportionata saltem, (qualis non est inter cœlum Empyreum, & terram) si finita sit, verissima est absentia*. Sic enim Tu quoque Wetzeli, mihi es præ sensibus *corporis*, literarum tenus, & *animi*, nimirum præ *intellectu*, dum rationes tuas examino, præ *voluntate*, dum assentiri tibi nolo; *memoriâ*, quoties impios ausus tuos in Testamentum Christi piâ mente recolo; At verò si quis Te, ut audio, nunc Smalcaldiæ degentem, mihi Giff e, in musæo meo agenti, præsentem verissimè, realissimè & substantialiter diceret næ, simplices, è fæce vulgi mulierculæ, in iplo exempla edituræ essent!

§. XXXV. Postremò VI. cùm talis præsentia veritatem, nec *vulgus*, nec *docti*, vobis exceptis, agnoscant, operæ pretium facturus es, si eam solidis argumentis demonstrares, nos tantisper in thesi consistemus. Disputate, non dictate; Non penes vos arbitrium est, & vis, & normaloquendi! probes, relativæ, spiritualis, & fidei vestræ, Existentiæ & Præsentia veritatem; nî feceris, petis principium, & triumphabunt *B.B. DNN, Menzeri & Graneri* argumenta invicta; quibuscum miserrimè conflictatus est, alter ille Goliath vester *Wendelinus Exerc. CVII. & IIX* nisi tu melius, ludes operam. Ad cujus argumenta in *Theologia Christiana* (a) nunc obiter respondebo.

(a) *Lib. 1.*
cap. 23.
2h. 16. ex-
p'ic. 4.

§. XXXVI. In primo: *Ea præsentia est vera & realis, quæ est à causis veris & realibus. A. Præsentia corporis Christi spiritualis, est à causis veris & realibus, nempe à symbolo sacramentali spiritu & fide &c. E. Rectè Animadversores limitârunt majorem. Nam nec hoc lequitur p. 1758. Exercit. Habet corpus humanum, & cor-*

Corporis istius sunt vera & reales causa, E. illud est verum ac reale corpus humanum! Quia fictum corpus, quoque habet causas veras ac reales, nempe mentem, quatenus est objectivè in, & à mente (ut acutè Excell. Dn. Rudrauf. in tab. ult.) Ergone est verum ac reale corpus humanum! Sic pariter non statim illa præsentia realis est, quæ quovis modo habet causas veras & reales, sed quæ habet causas veras & reales præsentia vera & realis, quales sunt debita propinquitas & conjunctio substantiarum in ordine ad suum ubi, vel se invicem, quas vos rejicitis. Possunt quidem, quæ vos ponitis, causæ esse fidei, sed non præsentia vera. Ratio ergò Minoris vestræ negatæ solida est: Quia 1. Spiritus S. actio, quâ præcisè fidem operatur, ad substantialem præsentiam non sufficit. 2. Fidei actus formalis justificus passio est, non actio, apprehendimur potiùs à Christo, quàm quòd nos apprehendamus ipsum. Fides est medium, quo præsentem Christum sponte suâ venit ad nos, in nobis habitat, sibi que nos inserit, quod sine arctissimâ substantiæ suæ, nostræque unione fieri nequit. Fides E. ipsaque conjunctio, ut medium & finis distinguenda sunt.

§. XXXVII. Ad II. *Ea præsentia est vera & realis, per quam verè & realiter unimur Christo etiam homini. A. Per Præsentiam spiritualem verè & realiter unimur Christo, etiam Homini. E. & c.* Rectè, vestro sensu, negata est Major. Etsi enim secundùm Nos, *Ubicunq; nunc Spiritus S. habitat gratiose, ibi quoq; Christus secundùm humanæ naturæ substantiâ habitat, Eph. III. 17. cum sit Christi Spiritus, eiq; ut Homini præter mensuram datus, quin & ut Homo in SS. Trinitatis consortium assumtus. Attamen per vestram sententiam, quâ humanam Naturam soli cælo inesse dicitis, nulli fidelium his in terris militantium, secundùm eam, nec propriè, verè & realissimè inhabitare, nec fideles illi inseri & cum eo uniri possunt, verùm non nisi unione ælii, consistente in sola fidelium ad Christum, ut Hominem relatione, tantâ relictâ inter Christum Hominem & fideles inter capedine, quanta est inter extimum cælum & intimam terram.*

XXXIIX. Ad III. quod sic habet: *Per quod Christi pro nobis in mortem traditum corpus, verè & realiter, est præsensu nostro spirituali, id est verum & reale. A. per præsentiam spiritualem Christi corpus, pro nobis in mortem traditum verè & c. E. & c. R. Tò ve-*

E

rum

rum ac reale in *Major*, vel notat generaliter verum ac reale ens, vel veram ac realem præsentiam; *Si illud*, tum non rectè concluditur ad præsentiam veram & realem, de quâ hoc loco quæritur. *Si hoc*, tum falsissima *Major* est. *Qualiscumq; enim præsentatio ad præsentiam veritatem non sufficit*; Sic Sol præsentatur oculis nostris, cujus tamen sola species in oculis præsens est, ut, quæ sola iis propè est, & intra eos recipitur. *Rerum remotissimarum datur quidè conceptus verus & realis, sed vera & realis præsentia inde non infertur*. Non ergò sequitur, est verum & reale, E. vera & realis præsentia! *Minor* quoque bene negatur. Quia corpus Christi, secundum vos, in S. Cœna fidei non est præsens, nisi in symbolis *relative*, & in verbo promissionis *notionaliter*. E. nec res ipsa, sed tantum ejus *signum, notio & species*, per istam spirituales præsentiam, præsens est; quippe quæ est tantum conceptus mentis de re longissime absenti, qualis esse potest de Imperatore Turc. imò de rebus, quæ fuerunt, nondum sunt, nec unquam esse possunt, quæ uno verbo, non est nisi *imaginaria præsentia*. Et quæ promissionis verbo vis erit, quod pariter cum sacramentis omni suâ virtute spoliatis?

§. XXXIX. Ad IV. quod sic format Wendel. *Qualis est manducatio spiritualis, talis quoque est præsentia carnis Christi spiritualis. Atqui manducatio spiritualis est vera & realis. E. &c. R. I. Probari prius debere, quod spiritualis manducatio vestra, ex ratione sua præsentiam veram inferat in quid, quàm inde præsentia inferatur in quale; illud cum præstare nequeatis, qui hoc præsumitis? 2. juxta vos: Qualis manducatio, talis quoque præsentia. At non nisi metaphorica manducatio, E. nec nisi metaphorica præsentia. Nullum autem metaphoricum quâ tale, & sub illo nomine est verum. Est enim denominatio alienans; nempe translatio significationis propriæ in alienam. Cui autem non convenit vera rei Essentia, illi nec rei veritas. At nulli metaphoræ convenit vera rei, à quâ desumpta est, Essentia, E. nec veritas, E. nec præsentia vera!*

§. XL. Ad V. *Si spiritualis præsentia carnis Christi, vera & realis non est, utique falsa & imaginaria tantum est. A. falsum consequens E. & antecedens. R. 1. Si præsentiam vestro sumas more, consequentis velim falsitatem probes; siquidem Wendelinus tantum petit, quod est in principio. 2. Arctam illam conjunctionem*
ad di-

ad divinam presentiam semper; ad creatam solum quoad proprium
 ubi; in ordine ad aliud Ens, non quidem arctam sed proportionatam
 requirimus. 3. Quæ pro absurdis ibi (a) Wendelinus habet, illa ex (a) Exer-
 eius, non nostrâ, sententiæ verâ sequuntur. Nos enim in S. Cœ- cit. 107.
 ræ digno, seu Spirituali, usu, veram, licet illocalem, substantiæ p. 177.
 existentiam in, & præ fide exigimus, vos insuper habetis. Non ni-
 mur absente Christo, sed presente; Non nutrimur absente cibo, sed
 presente; Effectus divini, Efficientis præsentiam postulant; Non
 recipimus tantum signum ejus, vel speciem, sed Eum ipsum; Non
 habemus præ fide objectum phantasticum sed verum &c. (b) Pro- (b) Conf.
 inde quicunque corpus & sanguinem Christi tantum cælo inexistere, Fund. Del.
 nec ullo vera, realis ac substantialis presentia modo in his terris in S. Marb. p.
 Cœnâ adesse docent, illi non per calumniam sed rei veritate & pro- 753. seq.
 priâ culpâ, quod Sacramentum cœnæ cœlesti privent, accusantur.
 Atqui vos id facere ostensum est. E.

§. XLI. Denique ad ultimum dicis: Non blasphemare Re-
 formatos, quando Sarcophagiam Capernaiticam è verbis Christi se-
 cundum τὸ πῆλὸν & sententiam Lutheranorum acceptis redundare af-
 firment, quia manducatio corporis Christi oralis & propriè dicta, non
 nisi nomine à Capernaitica differat p. 46. 45. R. vel ex se redundat,
 vel ex depravatione maligni interpretis. Si illud, manifestè blas-
 phemi; si hoc, imprudentes estis; Carnalis sensus vero Christi sen-
 sui, qui & noster est, non præjudicat. Ex solo naturali, terrestri &
 vulgari modo sarcophagia & Capernaitismus sequitur, non verò (c) Eran-
 ex verâ eâque orali corp. & sanguinis Christi perceptione; Hanc tur hoc ex
 Christi verba secundum τὸ πῆλὸν irretragabiliter inferunt, non illū, vestris:
 consequenter nec Sarcophagiam & Capernaitismum. (c) Sicut Zwinglii
 te ipso fatente p. 46. Deus nobis substantialiter presens est, vi verbi Bullingeri,
 sui πῆλὸν sumti, non tamen vel circumscriptivè, vel definitive, sed re- Beza, Sa-
 pletivè ita & h. l. literam S. Cœnæ pressè sequimur, modum verò su- deel, Pie-
 pernaturale, illocalem & divinū, Christi, & institutioni, & sapientiæ, rius &c.
 & potentiæ committimus; utpotè quam scimus longissimè nostrū quos alle-
 captum naturalem & communem & Capernaiticum transcendere in Epitom.
 quem, ut nostram moliantur, vid. Form. Conc. p. 600. 755. Oralem Error. Cal-
 nostram manducationem à Capernaiticâ, non nisi nomine differre, vin. B. D.
 atrox calumnia est, quo enim sensu Capernaitæ acceperint, nimirū D. Feuer-
 bornii disp.



- (a) Schrift-
maß. Ers
klärung
des Heil.
Abend-
mals. p.
413. f. 421.
f. 647. f.
- (b) Tom. III
Ien. Germ.
p. 487.
- (c) p. 819.
823. 824.
&c.
- (d) p. 48. à
de citata.
- crasso & carnali, docent Cyprianus, Cyillus aliq, quo de vid. B.
D. D. Feuerb. (a) B. D. Lutherum scripsisse: Corpus Christi in sua
substantia frangi, dentibus morderi, deglutiri, protervè dictum est.
Quandoquidem illud non intellectum vult καὶ αὐτὸ sed καὶ ἀνο.
& ἐπομένως, prout visâ & descendente columbâ, ipse Spiritus Si. vi-
deri dicatur & descendere. Ipse enim aliàs illud disertè negat, sese-
que explicat. (b) Quòd si sententia nostra Manichaorum & Mar-
cionitarum deliria præ se fert, quâ quæso conscientia D. Curtius,
Præses tuus, Christianam fraternitatem nobiscum affectavit? Cùm
iis enim, quos in fundamento errare constat, sinceri Theologi
non nisi rigidè agere debent; nec quidquam remittere, quod Deus
exasse servatum cupit. Vos majori jure Capernaitismi insimulari
posse Fundam. Ded. Mirb. demonstravit (c) cui responde si vir-
es! Non omnis promissio fidem requirit. Nec conceptus forma-
lis manducationis cum materiali est confundendus. Rintelensibus
vestris satisfactum in Antapologia. Sitamen tantopere tibi pla-
cent verba illa, (d) placeant quoque, quæ mox sequuntur: Ni-
miùm quoque quàm noxium est, sic viam monstrari ac prairi Socinia-
nis &c. Inde itaque veritas Epicriseos inconcussa manet, ut ad eò
inconsultâ confutatione tuâ jure meritoque supersedere potuisses,
debuisses.

§. XLII. Convenerunt Collocutores, Sacramenti Cœna usum
sine manducatione spirituali nemini esse salutarem. Malè ipsos con-
venisse Dnn. Wittenbergenses §. IV. docent, quia sacramentalem
perceptionem, sub ratione mediæ, à Christo ad salutem quorumvis
hominum adultorum directi, sine spirituali, salutarem esse, nostri
ajant; Vestri negent. Ut qui I. sacramentalem sine spirituali ef-
fe posse inficientur. II. Spiritualem unicè pro salutari habeant;
quin & III. nullam aliam in cœna Christi communionem nobis-
cum haberi posse, quàm quæ in Vet. Testamento fuit, nunc ex-
tra cœnam, & in æternum futurâ est, tradant. Respondes I. In-
verti questionis statum, potuisse nihilominus convenire p. 49. 50. Vos
II. non negare, sub ratione mediæ, ad spiritualem manducationem di-
recti, eam, si secundum institutionem Christi fiat, salutarem esse p. 50.
lin. antepenult. & 51. lin. 27. f. & ab indignis factam, semper sine spiri-
tualis esse p. 51. l. 25. III. nec sequi: Palatinus negat ullam aliam
Christi

*Christi communionem. E. Collocutores non potuerunt convenire: Si-
ne manducatione spirituali & bibitione, usum Sacramenti, nemini
esse salutarem. IV. Reformatos nullam aliam spirituales mandu-
cationem corporis Christi credere, quam qua in V.T. fuit, longè falsis-
simum esse, p. 53. f. V. Pro vobis stare Form. Concord. B. Lutherum.*

§. XLIII. B. I. (a) Statum non inverti à Nostris tu ipse te-
staris, quando §. I. ita infis. Hoc §. contendunt Dnn. Epicritici,
Reformatos & Lutheranos inter se non convenire, sine spirituali man-
dicatione corporis, & bibitione sanguinis Christi, usum sacramenti
nemini esse salutarem; cur ergò ejusdē §. II. illos accusas? Quæstio-
nem confundis cum probatione. Nuspiã Dnn. Epicritici dicunt:
Quæstionē esse: *An Cassellani Collocutores in eo inter se convenerint,
quòd unice spiritualis perceptio pro salutari sit habenda? Sed propter
eà Calvinianos nobiscum in eo; quòd sine spirituali perceptione u-
lus sacramenti nemini salutaris sit; convenire posse negant, quia uni-
cè spirituales perceptionem pro salutari habeant, nos non item.* (b)
Sacramentalem manducationem sine spirituali vobis esse non pos-
se vel ex eo patet, quòd statuatis, *sacramentum à fide sumentis pen-
dere, velut à causã formali, saltem ex parte, ac proinde sacramenta
non à πριστοις, sed solis fidelibus esse sacramenta, ita Piscator, Calvinus,
Ursinus, Altingius. Sadeel (α). Quinimò Palatinus his ipsis verbis
abste allegatis p. 54. Solis Credentibus hanc cœnam esse institutam,
disertè profitetur. Nec aliter potestis; Nam omnia salutis media
(c) Electionis esse effecta statuatis, (vid. p. disp. tuæ 23.) & proin-
de ad solos Electos, dignosque pertinere; quorum gratiã verò sa-
cramenta non sunt instituta, us neq; sacramenta sunt; prorsus itaque
ineptè ad vestras hypothèses p. 51. scribis: *Sacramentalem per-
ceptionem, quã sacramentum corporis & sanguinis Christi, panis &
vinum, ore corporeo percipitur, quatenus ab indignis & infidelibus fiat,
semper sine perceptione spirituali esse. Si enim infidelibus adultis, ad
Cœnæ usum admissis, ceu reprobis, ne quidem sacramentum sunt,
sacramentalis quoque perceptio ab iis fieri, & eatenus sine spiri-
tuali esse, dici nequit.* (d) Quemadmodum namq; Diabolis non
sunt sacramenta, sic nec infidelibus & Reprobis. *Qui pro qui-
buscunque corpus Christi non est traditum, & sanguis non effusus, illis
nec significatur, præbetur, obsignatur: Ubi autem hoc non est, ibi
nec est unio vestra sacramentalis, consequenter nec sacramen-**

(α) Vid.
Epit. Error.
Calvin B.
D. D. Feu-
erb. disp. 21.
§. 4. Exeg.
B Dn D.
Mentzeri,
Art. 13. p.
625. Eun-
dem de Sa-
cram man-
duc. contra
Sadeel pag.
185. seq.
Tom. 2. di-
sp. Giff.
disp. 6. pag.
129 f. 134 f.

(α) *Vid.* tum, nec sacramentalis perceptio (α) Atqui infidelibus & indignis
Wendel. secundum vos, nihil illorum convenit, E. iisdem nec sacramen-
Theol. g. tum nec perceptio sacramentalis convenire potest.

p. 527.

Edit. Fran-
cof. A. 1665

§. XLIV. R. ad I I. te ὑπερλόγι sub verbis: *secundum institu-*
tionem Christi; occulere; quibus sine dubio fidem involvis. Vos
 tamen sacramentalem manducationem sub ratione medii à Christo
 ad salutem directi salutarem statuere non posse hinc certum est.
 Quia (1) Sacramentalis vestra perceptio, pro objecto habēs solam
 rem terrenam ceu signum, à Christo instituta non est, ut supra, &
 aliàs evictum. Medium hoc duabus debere rebus constare, ali-
 quando fateris, quarum unam, ubi toto cælo removes, medium,
 quantum in te est, dissolvīs, destruis, soli pani & vino dignitas
 ista nusquam est asserta. [2] Media *offerentia* præscindunt à fide,
 & actuali fruitione bonorum, quæ adferunt & offerunt omnibus
 qui usurpant. Sed vestra *perceptio sacramentalis* à fide non præ-
 scindit, utpote sine quâ esse non potest. [3] Media *offerentia* non
 suspenduntur à sumentium diversitate, sed ab unitate institutionis,
 respectu tam fidelium, quàm infidelium; sed vestra sacramentalis
 perceptio à diversitate ista suspenditur, medium ergò esse nequit,
 Et cum ex vestrâ hypothesi in se salutaris dicto modo non sit, *in*
opposito ejus, rectissimè Domini Epicritici, vos spirituales percep-
 tionem pro salutari *unicè* habere, nec nobis cum convenire pos-
 se decreverunt.

§. XLV. Ad III. Si Palatinus *omnem* communionem Chri-
 sti negat, præter illam, *quam & Veteris Testamenti fideles habuerūt,*
& futuri cœlites habituri sunt, sine dubio sacramentalem negat;
quia hanc cum illis communem non habemus. Novum enim non est
 Vetus. Si hoc, E. salutarem esse in se sub ratione medii, & in ea
 convenire inter vos & nos, simul negavit! Consequentia optima.
 Ad IV. *Palatino* in faciem contradicis, nec te quicquam suble-
 vant, *vel* verba producta, quæ non aliam communionem Christi,
 sed solius rei terrenæ dant, si aliquid dant: *vel* reliqua inania, non
 ad rem facientia, *vel* distinctio excogitata, quàm supra, quantum
 satis est, destruximus. V. Formula Concordiæ B. Lutherus, D.
Brochmandus &c. tantum de actuali fruitione loquuntur.

§. XLVI. DNN. Wittenbergenses §. V. largiuntur I. Fra-
 ctionem

tionem panis, seu ritum indifferentem liberè introduci posse II. non tamen ad Calvinianorum nutum cum scandalo, aut periculo purioris doctrinæ, ac libertatis Christianæ. Quoniam verò II I. Calviniani fractionem analogicam & repræsentativam teneant, & ad Sacramenti vel integritatem vel essentiam necessariam judicent, nos & illos *non eâdem mente* docere ac definire posse, fractionem panis usualis in S. Cœna pium aut utilem ritum esse. &c. *Hic I. dicis, consensum & dissensum inter se confundi.* Postea II. *Quatuor argumentis necessitatem fractionis probare niteris.* II. *inter scandalum datum & acceptum distinguis.* IV. *neq; ad vestrum nutum vos fractionem analogicam introduci velle, quanquam Christiana potius & antiqua dicenda sit &c. pag. 55. & seqq.*

§. XLVII. R. ad I. Oderunt Dnn. Wittenbergg. & abominantur ambidextros illos verborum cothurnos, & illum sine eâdem mente sensuque consensum, qualem quidem tu [p. 56. lin. 22. seqq.] profanâ tuâ distinctione exhibes; itane in tremendis Dei mysteriis ludere licet? Cùm E. vestri nonnisi *analogicam*, nostri *preparatoriam* seu distributivam fractionem, & vos quidem *necessario*, nos liberè introduci posse agnoscant, quis hic consensus esse poterat? *Non itaque consensus confunditur cum dissensu, quia nullus planè est.* R. ad II. Argumenta tua sunt nullius momenti. Coniungamus primum & secundum; quorû majores ita *limite*: Quod Christus in administratione primæ Cœnæ fecit, & *equè* ac benedictionem & distributionem, *in ipsa Cœna* facere iussit, non est ritus indifferens & liber, sed propter exemplum & mandatum Christi, *in actu Cœnae* necessarius. Deinde *distinguo* inter fractionem præfigurativam, quæ & ablativa vobis est, & fractionem ut sic & ad distributionem ordinatam; Quoad *illam* Minor simpliciter falsa est, nec ullo vel scripturæ, vel antiquitatis, vel Chemnitii, vel Lutheri autoritate nititur. Quoad *hanc* etsi Minor vera esset, tamen *& minus & plus* concluderes, quàm velles; *Minus*; quia hæc tibi fractioni nihil commodat, nec de illa quæritur. *Plus*, quia quicquid *equè*, ut benedictio & distributio præceptum est, illud quoque *equè* necessarium est. At sine illis non est Cœna, E. nec sine hæc. Consequens etiam apud vos est absurdum, E. & antecedens. De *Essentiâ actionis sacramenti, constantis ex aggregatione & coordinatione*

dinatione actuum, à Christo ordinatorum, & promissionē cœlesti ditatorum, sunt omnes actus, ab instituyente directè præcepti; non hîc sunt partes partium, nec partium in essentiales & integrales distinctio. *Aut ergò fractio panis, tanquam talis actus, directè præcepta est, & ad Essentiam pertinebit; aut non, & liber erit.*

§. XLIX. Quamquam & sic Minor, quoad posterius membrum, si de comminativa fractione sumatur, falsissima sit. Sicut enim Majori ex priori subjecti parte, nulla vis accedit, ita nec conclusioni. Quandoquidem, etsi largiamur Christum in primâ Cœnæ administratione *pro re natâ, & pro consuetudine* illarum nationum, in quas primæ Cœnæ celebratio incidit, panem *renuem, lineis fortè decussim trajectis, distinctum*, fregisse, (quamquam ex fractionis verbo, non illicò comminutio colligi in scripturâ possit, nec à re, ad certum modum concludi debeat) *Christi tamen exemplum non illicò nos obligat.* Est quidem nostra institutio, non autem semper imitatio; mandatum accedat oportet, præsertim in iis, quorum alioquin usus liber & indifferens esset; Sed nec in mandatis omnes exigit circumstantiarum minutias; sæpè præcipit rem, non præscribit modum; morale vult, & finem, media nostro committit arbitrio. *Ex fine ergò tunc, & actuum connexionne cum ipso, de mandato ferendum est iudicium.* Hoc obtento, in mediis non peccatum esse, firma est collectio. Panis distributio finis est, ad hunc fractione opus esse, non negamus. Utrum verò ante, an in Cœna; hoc an illo modo; non est, nec à Christo, nec ejus amanuensium ullo expressum. Quinimò posito etiam, jussisse Christum frangi in Cœna panem, nihil tamen obtineretis; Sicut enim non sequitur: Christus baptizari jussit, ergò necessariò mergendi sumus sic nec sequitur: Christus in prima Cœna panem frangi jussit, E. digitis etiamnum comminuendus à nobis in Cœna est!

§. XLIX. Probare vis ex *Luc. XXII. 19. Chemnitio, Luthero &c.* verùm plura falsa & incerta ibi cumulas; Quæstio est, *ad quos actus mandatum: Hoc facite, pertineat?* Dicis, *ad omnes actus sacramentales, & inde quoque ad fractionem!* Sed principium petis. Si quidem *actus sacramentalis*, accuratè loquendo, dici nequit, nisi qui *sacramento alicui proprius est, ut ad finem ejus primò ordinatus sit, indeq; cœlestis cujusdam beneficii collatio, vel confirmatio pendeat;* talem,

talem, fractionem esse nos negamus, tu ais, affer ergò argumenta idonea, quibus probes. Sed dicis, *ad omnes actiones antegressas pertinere.* & ad omnes substantiales, concedo; quascunque, nego. Et sic quoque *B. Lutherus & Chemnitius* intelligendi sunt. Quorum ille disertè errorem vestrum refutavit (a) dicens: *Welches brechen nichts anders ist/ denn stück machen / oder austheilen/ auf Ebräische weise Jesa. 58. Brich dem Hungerigen dein Brod Thren. 4. Die jungen hieschen Brod / und niemand brachs ihnen. item das Brod brechen/ heisst Brod austheilen.* (b) quomodo autem locis abste citatis intelligendus sit, vid. apud *B. D. Gerh.* (c) *B. D. Chemnitium* ipsus *Ben. Lect.* inspice, in manifesto falso, *D. Wetzelium* deprehendes (d) *Totum enim Hoc quod Christus praecepit benedictione dispensatione & sumptione absolvi expressè tradit.* Insuper, hoc mandatum, non tam addantes, quàm sumentes pertinet, qui mortem Christi annunciare debent, quod fit manducando dignè & bibendo. Audi iterum *B. Chemnitium*: (e) *Hoc, inquit Christus, facite in mei commemorationem. Sed quid est illud τὸ τοῦτο? Paulus expressam tradit declarationem. Quod sc. hunc panem, qui est corpus meum, quod pro vobis traditur, manducatis, hoc facite in mei commemorationem.* Denique, quia tibi *Zanchius* placet aliàs placeat etiam tunc, cum dicit (f) *Quòd quidam praeceptam esse volunt fractionem propter haec verba: Hoc facite, meo iudicio falluntur &c. lege ibi quæ sequuntur, ut & cæteros à B. D. Gerhardo §. 160. loc. cit. allegatos.*

§. L. Sed ramen, dicis, in medio actionum necessariorum collocatur, & etiam de necessitate illa erit, cujus sunt illæ actiones. Jam supra dixi, te sic plus conclusurum, quàm velis; necessitatis gradum enim ipse distinguis (p. 60.) & agnoscis. Deinde proba sis, in medio illarum actionum factam esse, certè ex hâc rerum constructione non erues. (g) Præclarè hoc deduxit *B. D. Dorschæus* (h) ab iis te priùs expedi, quàm longiùs procedas. Et 3. ponamus, esse in medio, nihil tamen obtines; nam & τὸ σεπνῆσαι in medio fit mentio, Ergonè & hujus par est ratio? Sed circumstantiam dices; Actum esse dico, non minùs, ut tuum. Etiam de quo nos disquirimus, tantùm circumstantia est; Nam de fractione, ut sæpè dictum, non contendimus, sed de tempore, causa Efficiente, modo & fine.

F Ex

Ex solo ordine 4. debile argumentum petitur, rerum prima habēda est ratio, & officii; Ad quod, quantum unaquæque confert, tantum & necessitatis habet. Et 5. si ex isto ordine non *equalis* omnium necessitas sequitur, quæ *eadem* omnium temporis circumstantia inde sequeretur? Quin potius 6. Quemadmodum gratias agere, dare & distribuere, necessaria quidem sunt, *forma* verò *modus* Christianæ libertatis est, ita & fractio quidem necessaria est, an verò *ante* vel *in* actione Cœnæ *digitis comminatur*, vel *culro secetur*, liberum est. Cui dictum Matth. XXII. 19. probè patrociniatur, utpote quo luculenter ostenditur, *mandato de tribus actibus prolato non tamen quoad modum, temporisq; circumstantiam, omnium protinus precipi necessitatem*, quod proposito nostro satis est. Sic profectio quidem necessaria est, modi verò, temporisque sive pedes sive eques, sive curru sive navigio, sive hoc, sive isto die, libera utique & indifferens commendatur observatio. Neq; enim credo D. V. Vetzeliū tam rigidum antiqui moris Zeloten esse, ut, cum Marburgo Smalcaldiam *μέλλων μαθητεύειν καὶ βαπτίζειν* migraret, pedibus iter, & definito die, emensus fuerit! Denique 7. cur ordinem argetis, quem nec ipsi observatis, Christus antè panem fregit, quàm dixit: Edite &c. Vos antè dicitis, quàm frangitis. Quòd si liberum vobis, *Parao iudice*, salvo Christi ordine, sive ante, sive post panem frangere; quæ, malum, causa est, quòd nobis non liceat ante Cœnam frangere! Nervosè B. D. Dorſchhaus l. c. p. 93. *Sanè neque ratione determinationis κλάσις inter eas actiones est, quæ immediatè & formaliter attingunt S. Cœnam, ut è εὐλογία quæ ratione actus sui, in præsens, mysticum & admirandum aliquid attulit; & δόσις, quæ ratione annexæ interpretationis Christi, mysticum & admirandum illud obtulit. Κλάσις nihil tale adjunctum est. Si tamen omninò ordini inherere placet, planum est, fractionem cum datione copulatam esse, & ad eandem ordinatam in hoc mysterio, & præterea peculiari mysterio non inservire, quod in ipsa fractione præstandum esset.*

§. LL Tertium argumentum (pag. 60.) ex r. Cor. X. 16. mī Weizeli, næ, admodum ægrum est, nisi succurras illicò, vereor ne expiret. Proba *Majorem!* miraris! noli, nam pari ego modo concluderem, etiam *pinſionem* aliaque in ipso Cœnæ usu esse necessaria;

ria;

ria ; Nam & sine ea non possumus dicere : panis quem frangimus : Non ergò statim id, sine quo non dicere possumus : Panis quem frangimus &c. factu in Cœna est necessarium. Sed & *minorem* proba : nam sine dubio de fractione tantum *comminutivâ* & *præfigurativa* loqueris ; nos *distributivam* intelligimus. Non *supponendum hoc est, sed probandum*, dicis ; sed tibi has clitellas, non nostrum hoc onus ; nimis liberalis es, in transferendo probationis onere ; verum gratificemur tibi & hoc : *Propter quam fractionem, Panis non est communicatio corporis Christi, ea 1. Cor. X. 16. non intelligitur. At propter vestram fractionem, à distributione separatam, Panis non est communicatio corporis Christi. E. Vestra fractio à distributione separata, illic non intelligitur. Minor patet ex veræ & realis communicationis natura, quæ requirit applicationem rei dandæ, ad accipientem, qualis ibi non reperitur. Quid ergò lupere est, quàm distributivam fractionem hic notari ! quemadmodum in sacris non est infrequens ; Esa. LII. vers. 7. Jerem. XVI. vers. 7. Thren. IV. 4. Matth. II. 19. Neque aliter esse potest ; tradidit enim Corinthiis, quod à Domino accepit ; at distributionem accepit, E. eandem illis tradidit, consequenter, cum hic alio vocabulo non exprimat, frangendi verbo indicavit. Quæ enim esset oscitantia, *omittere actum, sacramenti essentiam intrinsecè constituentem, per se ad praxin & novitiam ordinatum, & sine quo Sacramentum nec confici, nec applicari potest, sollicitum autem esse interea, de actu ministeriali, & ad essentiam, te ipso fatente, non requisito.**

*vid. B D.
Gerh l. c. f.*

§. LII. Misera est collectio : *Frangere* in Cœna penes Evangelistas non est dare. E. nec hic. Non sunt syllabarum Apostoli aucupes, rem si exprimunt, satis exprimunt, sive id uno sive pluribus, sive his, sive aliis verbis, perinde est. Tradidit Paulus, quod à Christo accepit, etsi non *iisdem verbis*, quibus Evangelistæ acceperunt : fortè enim nec *iisdem* à Domino accepit. Nonne *easdem* res, Spiritus S. *diversissimis* verbis tradidit ? Distribuere itaque & frangere sunt quandoque idem, sicut licet quandoque distincta. *Potest, inquis, aliquid frangi sine distributione ! Quid tum ! ergò non sunt idem !* sic est, actus non semper sunt iidem. E. nunquã sunt iidem ! falsissimũ. Frangere dicimur panem pauperi, etiam cum totos illi panes damus, nonne hîc, *frangere*, notat di-



tribuere? Sed Dn. D. Faustius duas fuisse actiones agnoscit! E. & Paulum easdem vestro quidem sensu, hinc expressisse agnoscit! Merita hæc esse in consequentia quis non videt?

§. LIII. *Probare IV. niteris ex I. Cor. XI. 24. repræsentativam fractionem: Quicumque Panem fregit, dixitq;: Hoc est corpus meum, pro vobis fractum, Hoc facite, ille fractione panis in cœna, repræsentari fractionem corporis Christi voluit & instituit. A. Christus Panem fregit, dixitque: Hoc est corpus meum pro vobis fractum & c. E. & c. falsissima major est. Nam pariter ego. Q. dedit panem, dixitque: Hoc est corpus meum, pro vobis datum, ille quoque datione panis in Cœna, repræsentari dationem corporis Christi in mortem, voluit & instituit. A. Christus dedit panem, dixitq; & c. E. & c. Conclusio est falsa; quia τὸ ἔδωκε in Cœna totum sacramentaliter exhibitivum est, & practicum. Falsa E. aliqua præmissarum. Non minor, E. major. Ad actus necessitatem mandato opus est, non sufficit suspicio. Nec omnium Apostolorum verborum nos rationem reddere venemur. Quanquam ratio suppetat; Indicare nempe ipsū voluisse dolorosissimam, qualis eorum est, quibus crura franguntur, mortem. Nec inde tamen sequitur: E. Panis fragio eam præsentare voluit? Non enim tragediam agimus, sed Cœnam. Non typos exhibemus, sed rem. Corpus, non umbram. Non speculamur, sed agimus, & patimur. Christus dar, ut accipiamus, non significat, ut intelligamus. Κοινωνία instituit, non δεωπία. Potest quidem inde meditationis sumi materia, sed non necessario debet; Quanquam non tam ex actionum evidentia, quàm doctrinæ; obscuriores enim sunt, quàm pro doctrinæ claritate. Nec typorum ἀγγελία asssequuntur. Nam typus repræsentat id, quod est in antitypo, nempe Christo implendum. Hic verò impletio fractionis, hoc est, comminutionis in partes, in pane spectatur, non in Christo; sed quid de Effusione sanguinis fiet? Nonne & illa præsentanda erit? at ejus in verbis Cœnæ nullum est vestigium. Aut, si effusio (quæ tamen infusio potius à termino ad quem dicenda) vini ante Cœnam facta, S. Cœna convenire potest, cur non & fractio ante Cœnam facta eidem conveniens esse posset? Reverà magna est fractionis vestræ, semet ipsam frangentis miseria, quam lege T. I. Giff. disp. V. & X. Nimirum, dolendum est, Apostolorum neminem in calicem impegisse, ut*

*paucæ tantum effunderentur guttula, tum aliquã saltē ratione:
Zwingliana glossa doceri posset! (a)*

§. L. I. V. Quæ p. 62. ulque 68. proponis, cum supponant
*fractionem vestram à Christo esse mandatam, fundamento quassato,
suo cætera pondere tracta ruunt. Antiquitatem te ex tractatu
Pontificio de Missa collegisse citatus Cornel. à Lapide suspicio-
nem præbet, nec mirum, habes enim illos, quin & Socinianos
òποφῆρα. vid. Ostorod. Instit. Germ. c. 38. p. 34. Ignorat tamen præ-
figurativam istam fractionem; illam nunc vindicare, non est mei
instituti (b) Si panifragium vestrum, propter Christi piæque an-
tiquitatis exemplum & mandatum æquè ac distributio, foret neces-
sarium, tum tenerentur utique omnes Christianæ Ecclesiæ ad illud
introducendum, sive consentirent, sive non, etiam si propter turbas
actualis introductio tentari non deberet. Nimirum distinguen-
dum inter *debitudinem ritus necessarii (c) introducendi in se, & in-
ter factum introductionis ipsum. Illud semper manere, hoc autem
citra consensum tentari non debere, Dñi Wittebergg. scribunt.
B. Dn. Mentzerus fractionem comminutivam in se non habet
pro pio, utilique, nedum pro mandato & necessario ritu, sed pro
libero & indifferenti, qui Christi exemplo si communis con-
sensus impetrari posset, ad distributionem, non verò ad ablativam:
(ita Paræus) præfigurationem introduci queat. (d) In abrogatione
veterum rituum prudentiã esse opus, utraq̃ue amplectimur, sed eã-
dem in introductione novorum, addimus. Elevationis & Exor-
cismi diversa est ratio. Panifragium siquidem, pro Calvinianæ re-
ligionis tessera habetur; quamvis nec exorcismi abrogatio ad ve-
strum nutum vobis indulgenda sit. Novimus superbum Calvi-
næ gentis genium, quos non actura esset triumphos, si hanc ipsis
faceremus gratiam. B. Selheccerus: Die Calvinisten würden sehr
frech / kühn und trüsig / und das Te Deum laudamus drüber singen.
En, dicent, vicimus, qui cedunt, fugere creduntur, suæque causæ
diffidere; ex errore uno, cognoscite ceteros. Pravitatem moris
nostri ostendite, & cedemus! Secus (R. ad III. & IV.) scandalum
utique datum foret non acceptum; & ad nutum vestrum non scriptu-
re & antiquitatis, ablativæ fractionis nesciæ, fieret. Egregiè B.
Mentz. l. c. Sonst will gleichwol auch vonnöthen seyn, wann man**

(a) vid B2.
D. Mentz.
im Kurtzē
Bericht.
p. 171. f. Ger-
hard. l. c. §
163.

(b) vid. è
multis B.
Dorsch. l. c.
p. 100. seqq.
B. Gerh. l.
c. §. 162.

(c) ita Zan-
chius in Ep.
aa Grun-
rad. de Ba-
sil.

(d) im Kur-
zen Bes-
richt. pag.
162. seqq.
præcipue
p. 166.

F 3;

Christi!

Christi / und der Aposteln / und der ersten Kirchen Exempel an-
 zeucht / daß solches nicht geschehe / die Christliche Freyheit zu
 schwächen.

§. LV. *Non itaque falsum p. 67. vos in aliam ire sententiam;*
 quia non indifferentem & liberum, sed in se, ex mandato & exem-
 plo Christi utilem, piumque & prorsus necessarium prædicatis ri-
 tum illum, idque ideò, ut bene monet *B. Dom. Mentzerus l.c.*
p. 153. ut Zvinglianæ glossæ, & sacramentariæ significationes sim-
 plici plebeculæ inculcentur, vera verò præsentia, manducatio &
 bibitio, veri corporis & sanguinis Christi, cum pane & vino ex
 illorum cordibus auferatur, prout hoc Paræus & prisci vestri Mar-
 burgenses scribere, non sunt veriti. *Nec Theologis indignum;*
 Quos ab omni pravi specie oportet, esse alienos, neque latum un-
 guem cedere contradicentibus; idque tum, quòd Calviniani sunt,
 qui ea dicunt, qui Jacobi vocem, Elavi mentem tenent, duraque
 molliter enunciant. *Tum,* quòd suapte naturâ veritati noxium.
 Simplex veritas, serpentinâ custodienda est prudentiâ. *Absur-*
dum autem utique foret, si ἀρχικλασίας introductione, consensum
 vobiscum profiteremur: quia divinam veritatem missam facere-
 mus, sine qua, tanquam unico sale, Christianis absurda & absona
 sunt omnia.

§. LVI. *Proinde intelligent omnes pii, Calvinianos bene ita*
nuncupatos, meritò esse exosos, quòd sua commenta pro divinis man-
datis Ecclesiæ Christi obtrudere, velis remisq, conendant; *Intelligent*
quoque præfigurativum panis fragium, pro pio utiliq, ritu minimè ha-
bendum, multòque minùs ab Ecclesiis nostris introduci posse aut de-
bere.

§. LVII. Accusat Epicrisis §. VII. *Rintelenses,* quod confu-
 sè imperfectè & obscure ita formârint statum controversiæ: *An*
corpus Christi in usu Sacramenti, unâ cum pane comesto, in ore unius-
eiusque sumentis tam fidelis, quam infidelis, ἀδίας άτως præsens si-
statur? Quia I. tres quæstiones in unam conflârint. II. de iis à
 Calvinianis diversimodè sentiatur. III. confirmantur simplices
 in sententia falsa, quasi non tam de præsentia veritate, quàm de
 modo, nempe solâ oralitate, quæstio esset. Et IV. non arctiori ap-
 proximatione substantiæ corpus Christi per usum Cœnæ conjun-
 geretur

geretur cum fidelibus, quàm infidelibus. & V. vis & Efficacia Sacramenti extra controversiam esset. VI. Quia Reformati manducationem spirituales, cum sacramentali confundant. VII. Nihil ibi de Unione sacramentali, nihilque de orali manducatione tradant &c.

§. LIIIX. Respondes I. *In accuratâ sententiarum collatione has quæstiones non fuisse confusas.* II. *Eiusdem peccati reos fore Formulam Concordis & Dn. D. Faustium.* III. *Easdem esse quæstiones: An oraliter corpus & sanguis Christi, & an integrum Sacramentum ab indignis percipiatur?* IV. *Falsum, penes Reformatos de iis diversimodè sentiri.* V. *Fidelibus majori approximatione substantia corpus Christi per cœna usum adesse, quàm infidelibus, quia infidelibus nullâ planè conjungatur, non enim posse fieri, citra perceptionem meritorum & eorundem fruitionem.* VI. *Vos manducationem Spirituales cum Sacramentali non confundere, etsi quidam hanc latè sumant.* VII. *Per accidens tantùm hâc in parte simpliciores confirmari in falsa sententia, non per se.* VIII. *Esse solùm quæstionem de modo.* IX. *De Efficacia non controversi (p. 75. l. 3.)* X. *Super fore adhuc quæstionem de fractione.* XI. *In orali manducatione vergere quæstionis momentum,* XII. *Unionis implicitè fieri mentionem, ut, quæ in d'sias a'sia consistat.* XIII. *Manducationis quoque, patere id est verbis: Quod ad oralem manducationem, &c. Et quia unâ cum pane comesto in Cœna fiat &c. à p. 68. ad p. 77.*

§. LIX. R. ad I. *Judicamus de processu ex propria Relatione, nec majorem protocollis tribuimus fidem, ut, quæ non à publicis & juratis notariis excepta.* II. *Formula Conc. & Excellent. Dn. D. Faustius non sunt ejusdem criminis rei; Quia omnia satis clarè pleneque exprimunt: 1. Substantialem præsentiam, 2. Manducationem oralem sacramentalem, 3. Perceptionem integri Sacramenti, etiam ab indignis, 4. Corporis propriè dicti veritatem, 5. Sacramentalem cum pane & vino tam in distributione, quàm in orali sumptione, unionem, 6. Efficaciam. Quotam horum partem Rintelensium status exprimit. Deinde aliud est, in unam quæstionem multa conflare & commiscere, aliud plura distinctè in unum colligere; Illud Rintelenses, qui, veluti plura jura coquus,*

COR-



confundunt. *Hoc* Formula Concordiæ, & rectè quidem; quia, quod velut in Idea exhibet, postea omnia sigillatim enucleat. Ubi vos tale quid? Forsitan in protocollo, æterno silentio sepeliendo! III. Esse easdem quæstiones nec Epicrisis negat; vobis verò, quia oralem manducationem corporis Christi propriè dicti tam quoad fideles, quàm infideles negatis; etiam infideles aliquid, præter externa symbola, panem & vinum, & sic sacramentum, *quoad latiore[m] vestratium significatum*, accipere, negandum. IV. Diversimodè de iis à vobis sentiri negas; quæso, ne salebrosos viarum anfractus causeris; non ducam te longius, vide modò *Collationem Doctr. Zuvingl. Disp. X. T. 1. Giff. & erubescas*.

(a) *Ex Dis-*
sert. Eius
de Artic. 7
fund. p. 179.
180. 181.

§. LX.V. Qui poteris fidelibus majorem substantiæ corporis Christi approximationem tribuere, cum p. 72. omnem ejus in his terris substantialem *ἀδιασώτῃαν* neges? Substantiam corporis Christi citra *fruitionem* meritorum, nulli posse contingere, falsum est; sicut tu, cum D. Curtio tuo, miror, nunquam allegato, eadem retinens verba, asseris [a] Etiam SS. Trinitas non est sine efficaci conversionis gratia, neq; tamen in perceptione Baptismi, hæc omnes *fruuntur*. Etiam Spiritus S. non est sine donis, & tamen sine horum *fruitione* in verbo impiorum percipitur auribus. *Distingue* ergò *boni præsentiam ab ejus fruitione*; Perceptionem mediorem à perceptione finis. *Illa* sine fide fieri, *hac* non potest. *Illa* non semper cum fruitione conjuncta est; *hac* semper. Efficaciam corporis Christi ab ipso non posse separari, neque sine substantia illius ulli contingere, lubenter agnoscimus; sed eo ipso sententiam nostram, de *ἀδιασώτῃαν* ejus, penes nos in his terris, fortiter stabilis. Qui habet vitam æternam, Christi carnem edit, & contrà & viceversa; verum est, si de spirituali loquere esu; falsum, si de sacramentaliter orali. Corpus & sanguinem Christi etiam *sub respectu, & cum intentione ac oblatione meritorum suorum*, manducationis sacramentalis objectum esse, non negamus, sed inæqualiter; immediatè fertur in substantiam, mediatè & consequenter in merita, sine quibus ne quidem substantia nobis contingeret. *Percipimus itaque corpus Christi ore corporis nostri*, licèt in tremendo Mysterio, Meritis Ejus haud avulsis, *sed illis non fruimur nisi per fidem*; quia illo modo tantùm adlunt ob-
lativè,

larivè; hoc applicativè & frativè. Secus enim gratia impugnans, pulsans & tentans, releganda foret. Proinde iterum sacramentalem manducationem cum spirituali confundis; de hâc, non illâ, ista dicta Joh. VI. 51. 54. loquuntur. (a)

(a) vid. F. D. Dorfb. l.c. p. 284.

§. LXI. I nunc & nega vos VI. manducationem sacramentalem cum spirituali confundere! Nonne perpetuè ex perceptione corporis & S. Christi propriè dicti, quæ est in Cœna sacramentalis, vos nonnihi spiritualem, quæ non ore, sed fide fiat, facitis? Hinc D. Curtius tuus (b) ait: *Fidem pertinere ad substantiam sacramenti, nimirum integrè ex institutione & ordinatione Dei percipiendi.* Et p. 163. 164. dicit: *Manducationem Spirit. ex symbolis, esse actum primitiùs à Christo in S. Cœna institutum, & Sacramento huic pro-*

(b) Dissert. de art. fundam. p. 147. 148.

prium. E. Sacramentalem! Fatentur id Anatomia Marp. Schönfeld/ Pilcator, &c. quos late loqui unde nobis persuadebis! Per se VII. simpliciores in falsâ sententiâ tali statu firmari, ne dubites, *Maresium* (c) inspice. *Vnde est, quòd ipse corpus Sacramentale, signum & Sacramentum corporis Christi quin & presentiam imò comestionem naturalem Rintelensibus impingat, & convenisse illos de presentiâ morali & spirituali affirmet, unde inquam est, quàm quòd controversiæ status non ritè formatus fuit? non enim dilectum fratrem tuum, malignâ mente aliorum bene dicta in pravum torquere sensum asseres. Si hoc huic, at quanto inter vos, Viro evenit, quid simplicioribus eventurum autumas?*

(c) in observat. supra Colloq. Casell. p. 8.

§. LXII. Non tantùm IIX. de modo sed presentia veritate quæritur, hanc à vobis negari, supra evici; Quandoquidem vos non aliter tenetis corpus Christi, quàm Episcopus Romanus possidet animo, id est, cogitatione Thessaloniam Corinthum, Alexandriam, aliasque Urbes & Provincias, dudum à Turca occupatas, & nunquam suas (a). Et posito esse de modo controversiam; esset tamen de modo substantiali, qualis de modo justificationis, cum Pontificiis IX. De Efficacia non controverti manifestè falsum est; Astricta enim est Sacramenti Cœnæ vis & Efficacia manducationi & bibitioni orali corporis & sanguinis Christi vivifici & salutiferi *ἀδιατάκτως* præsentis, ceu causæ pactionali ex Christi ipsius instituto; Quisquis ergò Hanc negat, non potest non etiam negare Illam. Id cum vos faciatis, quî dicere potes de Efficaciâ

(a) B. D. D. Hulsemann in Brev. Extensio Supplem. c. 13. th. 2. p. 210.

G

non



non controverti? X. Quando istud dicit *Epicrisis*, tum intra Sacramenti substantiam sistit. XI. Quæ consequentia: Anno 1529. in reliquis omnibus, præter oralem manducationem convenit, E. tantum in eo situm est quæstionis momentum? E. etiam nunc nihil aliud est super? XII. *Ἀδιασasia* in ore, per se, nec explicitè, nec implicitè dicit sacramentalem Unionem, quæ est Rei cœlestis, cum symbolis. Nec sola indistantia Unionis exhaurit Mysterium. XIII. Procœmium distingue à statu; *Ἀδιασasia* corporis in ore, iterum per se non dicit manducationem propriè dictam; Cum & aër, & ignis, & Spiritus S. in ore Apostolorum *Ἀδιασάτως* fuerint, nec tamen comesti. Dices, absolutè sumtam, quidem non inferre; attamen quatenus in Cœna fiat usu, tum enim nihil, nisi manducationem intendi. R. I. Nullo modo per se infert; Etiam in iplo cœnæ usu indistantia est à manducatione distincta, illaque est ad hanc necessaria. 2. Hoc ipso fateris, confuse & obscure formatum fuisse controversiæ statum, cum non nisi implicitè potissimum momentum ponat, neque, nisi post longam indagacionem, divinando in ejus sensum penetrari queat. Meritò ergo *Epicrisis* id *Rintelensibus* istis exprobravit.

§. LXIII. *Dnn. Wittenbergg. S. HX.* improbant, quòd bi-
 ni hi *Rintelenses* quæstiones istas, sive assertas sive negatas, ipsum
 salutis fundamentum non evertere pronunciarint; cum tamen ar-
 ticuli fidei fundamentalis naturam & virtutem directè concernant,
 de quibus aliter, quàm par est, sine everfione ejus credere nemo
 possit. Hic I. negas, Quæstiones omnes veras esse. II. Distinguis,
 Quæstionem de orali manducatione vel ita facere ad medium à Chri-
 sto institutum, ut eò pertineat, & pro tali medio à Christo instituto ha-
 beatur; vel ita tantum, ut aliquo modo concernat, circa quò illud sit.
 Illo modo ter quò, quater quò, falsum esse; Hoc autem verum quidem esse,
 sed cum illam vel assertam vel negatam fundamentum non evertere.

(a) Exam.
 C. Tr. ad
 Can. I. de
 Baptismo.
 p. 230.
 (b) In jud.
 Th. de 4.
 qq. pract.
 q. 2. §. 4.

III. Quæstionem de fractione non ad substantiam, sed ad integrita-
 tem pertinere. Nullam IV. inter Vos & Nos esse controversiam, quæ
 S. Cœnæ vim & Efficaciam concernat. V. Articulos fidei gravissi-
 mos in fundamentales & non fundamentales, seu in necessarios præci-
 sè ad salutem, & in non necessarios simpliciter distinguis, quod ex I. Co-
 rinth. III. II. 12. seq. B. D. Chemnitio (a) Magnif. D. D. Calovio (b)

stabi-

stabilire audes. Denique VI. identidem ad rerum probationem dilaberis ex B. D. Lutero (a) Syngrammate Suevico & Augustino (b) 1. Corinth. XI. 27. 28. 29. & c. p. 78. ad p. 84. Sed falso & ἀπαι-
δωτως omnia. (a) in c. 6. Ioh. & in Post. Eccles. p. 2. Evan- gel. festis dest. p. 12. (b) L. 3. de Doctr. Chr. c. 6. & u-
libi.

§. LXIV. Nam I. Disputabatur contra Rintelenses, qui quæ-
stiones illas non negabant, tantum fundamentales esse negabant,
quamvis per absurdè. Quæcunq; enim quæstiones (non solum aliquo
modo, sed) directè & per se, pleræque etiam immediatè ita concernunt
Sacra Iesu Christi Cœna substantiam, ut iis assertis vel negatis, ponatur
vel evertatur articulus fidei fundamentalis, illæ & ipsæ sunt fun-
damentales. A. Quæstiones de Substantiali Præsentia, orali man-
dicatione, integri Sacramenti ab indignis perceptione, (non solum a-
liquo modo, sed) directè, per se, pleræque etiam immediatè concernunt
Sacra I. Chr. Cœnæ substantiam, ut iis assertis vel negatis, ponatur,
vel evertatur articulus fidei fundamentalis. E. & illæ ipsæ sunt fun-
damentales. Majorem non potes negare. Minor pr. I. Ex D. Cur-
tio tuo qui (c) Articulum de S. Cœnâ fundamentalium, qui que
simpliciter necessarii cognitu & observatu sunt, numero inserit. (c) in Dif-
fertat. de F. S. p. 31. 123 seq.
2. Quæstionem de Orali mandicatione & præsentia ejus indistanti
S. Cœnæ substantiam concernere, ipse fateris p. 78. 3. Non autem
aliquo modo sed per se & directè illas substantiam concernere
ipsa inspectio probat; Unio enim Sacramentalis, est de ratione
formali objecti Sacramenti; Ipsa manducatio, quæ sine rerum man-
ducandarum præsentia indistanti esse nequit, præcipuus est inter
sacramentales actus, qui subversi, omnem sacramenti vim & fru-
ctum secum trahunt; quos proinde fundamentales esse oportet,
de quæ iis diversum sentire Christiano non est liberum. Ad II.
Distinctio tua vana est, communiq; loquendi modo contraria.
Si enim Controversiæ possent quidem medium salutis concerne-
re & (hoc est) circa illud esse, quæ tamen in se sive assertæ sive ne-
gatæ salutis fundamentum non everterent; Tum controversiæ
Papisticæ, Photinianæ & omnes hæreses antiquæ dici possent, sa-
lutis medium concernere, i. e. circâ illud esse, nec tamen funda-
mentum salutis in se evertere; Quæ omnium sunt absurdissima. (d) vide
(d) Ipsum Sacramenti hujus cor centrumque his quæstionibus part. gener. Antisyn-cret. Dn. D. Haberkor-
peti ostensum est, in quibus, cum dissensum disertè profitearis, nonne
ni.



nonne fundamentaliter, à nobis dissentire, & cum tuam sententiam falsam esse probaverimus, in fundamento te errare dicendus es? Ad III. Quæstio de fractionis præfigurativæ necessitate & ipsa fundamentalis est, quia hæc asserta ipsam Oralem manducationem, veramque & substantialem corporis & sanguinis Christi in Cœna cum pane & vino præsentiam aufert, & eo fine à vobis excogitata est, & hodiernum mordicus defenditur. Ad IV. De Efficacia controversi supra demonstratum est.

§. LXV. Ad V. Distinctionem illam ex *D. Curtio tuo*, non citato, impertinenter allegas; Cum ipse ut visum, S. Cœnam fundamentalium censu habeat; Sed & est ineptissima; Quis enim vel fando audivit, articulos fidei **GR. A VISSIMOS** in fundamentales & non fundamentales dispescere! An Articuli *Non fundamentales* sunt Articuli fidei gravissimi? *Nec omnes statim fundamentales præcisè & simpliciter necessarii sunt.* Inter præcisè necessarium & simpliciter non necessarium, mediat **Tò** secundum quid: Etiam illi Articuli, circa quos aliquando ex ignorantia simplici errari, aut qui saltem explicitè ignorari salvâ salute possunt, nihilominus fundamentales esse possunt, 1. in se & tuâ Naturâ seu in Theologiæ systemate, 2. Tentationis horâ, 3. Confessionis casu. 4. Suo tempore modo & ordine communi (a) *B. D. Chemnitius* (b) de absurda tua articulorum fidei gravissimorum distinctione nihil habet; sed tantum discerni vult in omnibus controversiis, quæ necessarium usum habent, in exercitiis pœnitentiæ, fidei & pietatis, e. g. de baptismo Christi hodierno; ab iis disputationibus, in quibus opinionum diversitas, vel etiam levis quedam hallucinatio, non inferi jacturam fidei & salutis, e. g. de Baptismo Johannis &c. Qui profectò ei non potest esse Articulus fidei non fundamentalis gravissimus. Aliàs agnoscit distinctos inter Articulos fundamentales necessitatis gradus modosque, quo de iterum vide *Magnif. Dn. D. Haberkorn.* (c) ut & de Erroribus accidentalibus, circumstantialibus &c. (d) Neque cum mente *Magnif. D. D. Calovii* congruit. Qui etsi (e) distinguat inter ea, quæ ad substantiam fidei pertinent, & quæstiones annatas, seu juxta emergentes, illa tamen omnia præcisè & simpliciter ad salutem necessaria

(a) *Did.*

Part. Gen.

Antisyn-

cret Dn. D.

Haberkorn.

p. 139. &

p. 437 f.

(b) *P. 2.*

Cone. Tr.

Exam. ad

Can. 1. de

Bapt. p. 230

(c) *Loc. cit.*

p. 462.

(d) *l. c. pag.*

456.

(e) *in ju-*

dic. Theol.

de 4. quæst. pract. q. 2. §. 4.

cessaria negat, & disertè inter Articulos fundamentales *Primarios & Secundarios* distinguit; Neque has annatas quæstiones pro articulis fidei non fundamentalibus *gravissimis* venditat, quo quidè absurdius excogitari nihil potuit; Ut & quod locum 1. Cor. III. v. 11. 12. s. prorsus contrario sensu adducis; Siquidem ibi Apostolus distinguit inter Articulos fidei & errores. Illos per aurum, & argentum pretiososque lapides; hos autem per lignum, fœnum stipulasque intelligit, eosque non modò, non fundamentales sed & fundamentales, quo de vide iterum Magn. D. D. Haberk. (a) Ubi ergò Apostolus vel gry de Fidei articulis gravissimis, nec tamen fundamentalibus? Numquid paleæ, stipulæque igne comburendæ sunt articuli fidei, iiq̄ue gravissimi! Sed quare illa Quæstio de orali manducatione palea & stipula est? *Ais p. 80. Quia 1. fundamentū, ut articulus necessarius, non concernat, & 2. nullū granum fidei illi insit, quippe quam ipsimet fateamur sine spiritali manducatione, nemini prodesse &c.* R. 1. Concernere illam hujus Sacramenti, ceu fundamentalis Articuli substantiam p. 78. professus es; quâ ergò fronte p. 80. idem negas? 2. *In orali manducatione nullum granum fidei, nullumq̄ consolationis succum esse, blasphema ex Paræo vestro Calumnia est, quam vel solum caput X. B. D. Chemnitii in Fund. Cœnæ redarguit. Eandem ceu Medium à Christo ad salutem nostram directum, etiam in se actu primo, salutarem esse supra defendimus. Denique consequentia Nulla est. Sic enim Gratia Divina, Meritum Christi, Verbum & Baptismus paleæ quoque & stipulæ forent, nam & hæc sine fide actu secundo nemini prodesse & fidelibus cum infidelibus communia, imò his, nisi converti se patiantur ex accidenti noxia esse fatemur.*

§. LXVI. Ad VI. Suprà de probationibus rerum, nunc de momento tantum disquiritur. *Non hic locus est, quoniam saltem momentum Controversiarum nunc consideramus, sive in rationes, sive in ipsam veritatem sententia, aut à quâ parte illa sit, inquirendi, D. Curtii tui verba sunt (b) Hinc non ipsas controversias cum suis rationibus ultrò citroque afferre solitis, adducere debas; iterum exemplo D. Curtii (c) quem ante oculos habuisti, cum distinctionem de articulis Fidei exscriberes. Quæstiones hic supponendæ, non negandæ. Non an sint, & quibus rationibus*

(a) l. c. pag. 350. seqq.

(b) Dissert. de Fund. sal. p. 157. (c) p. 17.



proben- tur, sed quodnam ad Christianam concordiam pondus habeant, debebas dispicere. Utrum sc. iis aliquid substantiæ sacramenti addamus, an detrahamus? Quod totum non tam ab *Eventu*, quàm *Intentione* sentientium, & *coherentia* seu consequentia dogmatum æstimandum est. *Eversio* fundamentalium Articulorum *Eventualis*, ab *Intentionali* & *illativa* discerni debet. *Illam* non attendimus, sed hanc. *Illam* nulli homini est possibilis, *hec* est. *Fundamentum* convellimus velevertimus, cum totum, vel partem, sine qua, & cum qua consistere nequit, negamus vel asserimus, sive directè, sive indirectè, sive id agnoscamus, sive non. Idque, quia *Institutio* Divina nec additionem patitur, nec detractionem. Proinde Te quoque in supervacaneâ prolixitate tua deserimus, nec nisi pro ratione instituti præcipua delibamus, cætera discursui reservantes. *B. D. Lutherus*, quemadmodum aliàs, ita etiam in *p. 1. Post. Eccl. p. 230. 276.* Oralem manducationem & bibitionem corporis & sanguinis Christi, cum præsentia illius substantiali sub pane & vino contra eos propugnavit, qui per panem tantum significari corpus Christi litigabant. Sic in *Post. Eccl. de Festis SS. p. 14. 15.* solidis rationibus contendit *Joh. VI. non de Sacramentali, sed solum spirituali & interna manducatione agi.* *Lutherus E. de spirituali non de sacramentaliter orali; de fructu non de substantia; de fine, non de medio explicandus est.* Ita & *p. 1. Post. Eccl. p. m. 62. b.* in verbis à te citatis *negat Christum, immediatè sc. nobis in manum, sinum, cistam & os dari, sed mediante verbo & Evangelio per auditum* (a) *De syngrammate Suevico, supra dictum. B. Augustinus* ad Spiritualem manducationem *dentem & ventrem* (aper- *naitico more* parare, & rectè quidem vetat; quod ne quidem in sacramentali manducatione fieri debet, à quâ crassos istos sarcophagorum modos exulare jubemus, actusque naturales à Sacramentalibus distinguimus. Et sic ubi *Patres Christi corpus in cæna labiis, dentibusq; attingi* docent, id de illo non in proprietate substantiæ, sed propter unionem sacramentalem dicere intelligendi sunt. (b) §. LXVII. Quæstionum harum momentum Epicrisi inde quoque probat: Quòd Reus ille fiat corporis Christi, qui non ritè discernit panem HUNC, qui est communicatio corporis Christi. *Tu Negas p. 83. istas quæstiones 1. ad Legitimum usum & discretionem*

(a) vid. Refut. Bre- mens. c. 5. p. 113. 114. D. D. Hunn contra Em- dan. p. 757.
(b) vid. solid. Refut. Cinglian. p. 311. 611. &c.

tionem aliquid facere. At verò: *Quicumque non rectè intelligit & judicat de Sacramenti hujus Natura, usu, necessitate &c. ille non ritè discernit Panem HVNC, qui est communicatio corporis Christi.*

*A. Quicumque de controversis inter Vos & Nos questionibus non rectè credit, ille non rectè intelligit & judicat, de sacramenti hujus naturâ, usu, necessitate &c. E. Q. De Controversis inter Vos & Nos questionibus, non rectè credit, ille non ritè discernit panem hunc, qui (a) Theol. est communicatio corporis Christi. Major est Wendelini (a) Mi-Christ. p. nor per se ex dictis patet. Quòd si hoc, oportet ergò quæstiones^{524.} Has sine dubio multùm ad legitimum usum & discretionem facere. Nemo autem potest rectè de iis credere, nisi sic de iisdem, ut nos, statuatur, qui Christi Testatoris sensum constanter retinemus. I I. Apostolus I. Cor. XI. 27. non dicit, *Reatum contrahi ex indignâ tractatione & profanatione solorum symbolorum*, non enim dicit, *qui indignè manducat solum Panis symbolum*; Nec dicit hujus profanationem sic accipi, ac si ipsimet corpori Christi propriè dicto accessisset; Nec dicit talem Majestatis læsæ tantùm reum fieri, quod & diplomate læso contingere potest; Sed hoc dicit: *Quicumq; indignè manducârit panem HVNC, cujus consecrati distributio & sumptio est communicatio corporis Christi pro nobis cruentâ mortè affecti, is distinctè, directè & oppidò reus erit ipsius propriè dicti, vivi & vivifici corporis Christi.* Digito enim indice Apostolus respicit vers. 24. collat. cum v. 16. cap. X. quo etiam pertinet particula *ωστ*. Nimirum ut Judas *basinando*, milites *crucifigendo*, sic hi *indignè manducando ipsum Christi corpus*, ejusdem rei fiunt. Paulus non dicit: *Indignè manducans sit. Reus corporis Christi spreti, id est, repulsi, sed manducati* (b) Et quomodo infidelis indignè manducâs, qui juxta vos, eum Reprobo idè est, spernere potest, quod illi nec destinatum, nec efficaciter oblatũ fuit? Aut quomodo puniri potest ob donum, quod nunquam ad eum pertinuit? III. Quæ consequentia. *Panis & corpus Christi sunt disparata, E. de se invicem propriè in casu recto prædicari nequeunt, E. Panis tantùm corporis signum est, & sigillum!* Deus & Homo sunt disparata (quicquid vos dicatis) E. de se invicem verè & propriè prædicari nequeunt? Nescis hè extra usitatum prædicandi modum in *Mysteriorum divinarum* circo nos versari? Quamvis ut eò confugiamus non sit opus.*

(a) Theol. Christ. p. 524.
 (b) B. D. D. Danbauer. Hodosoph. Phœnom. X. pag. 1250. Ed 2. & Giffen. de Zwingl. Calvin. fugiendo P. 1. diff 3. §. 23.

opus. Non enim dicit Apostolus : *Panis est corpus Christi*, sed *Panis hujus, consecrati, fractio* i.e. distributio & sumtio, est *communicatio corporis Christi*; vides hinc non prædicari disparatum de disparato; Et ubi quælo in S. Scriptura *κοινωνίας* vocabulum solum communicationis signum notat vel sigillum? Nec sequitur. p. 84. *Quo sensu Idolothyta vocantur κοινωνία Daemoniorum; & vescentes Idolothytis κοινωνοὶ Daemoniorum; Quo item victima vocantur κοινωνία Altaris & vescentes victimis vocantur κοινωνοὶ; Eodem sensu panis & calix Eucharistia vocantur κοινωνία corporis & sanguinis Christi.* Nam sic neque vos possetis indistanti participatione κοινωνοὶ esse Dei, Christi que secundum Divinam Naturam; Quia nec

a) vid. B. D
D Hunn.
De Cæna
Domini
c. XIV. arg.
s p. 446.
seq.

altaris ita participes antiqui reddebantur; (a) imò, nec *manducando corpus Christi* communicare possetis spiritualiter cum Christi corpore, quia Corinthii illi non *manducando Dæmonia*, communicabant cum Dæmoniis; *Agnosces ergò nervum Argumenti tui incisum.* *Agnosces* quoque malè te argumentatum esse à re ad rei modum, & comparisonis transgressum esse tertium. Thesis Apostoli est: Vobis Corinthiis non licet scienter comedere idolothyta. Quam probat inde: Quia qui de his scienter comedit *κοινωνός* fit Dæmoniorum, quod ostendit exemplo Eucharistiæ. *Non itaq; opus est ut κοινωνία cum Dæmoniis se eodem prorsus modo habeat, quo κοινωνία Eucharistia*, sed quæcunque participatio sufficit. Nec licet inverso ordine progredi à *κοινωνία* Dæmoniorum ad *κοινωνία* corporis Christi. *Agnosces* etiam te spiritualementem & sacramentalem *κοινωνία* confundisse: De hac versu 16. agi docet [1] differentia inter *unionem mysticam* fidelium in corpore mystico, & *sacramentalem* inter panem & corpus (2) Distincta mentio corporis & sanguinis. (3) quod hæc communio etiam sit indignorum *ψ. 21.* Ad *ψ. 21.* enim inter *impossibilitatem juris & facti* distinguendum est. *Κοινωνία* Sacramentalis duplex est dicente B. Dn. D. Dannhauero

b) Hodo-
soph. p. 117
Edis secun-
da.

alia partium inter se, alia totius sacramenti cum communicantibus de illa agit Paulus v. 16. de hac v. 17. & hac iterum est, vel externa tantum apud indignos, vel interna apud fideles. (b) Quæ proinde ex sacramentali deducuntur, sed non cum ipsa confundendæ sunt. Alia est *κοινωνία* Christi totius, Dei que, alia Christi corporis & sanguinis. Illa quidem ubique spiritualiter explicatur, sed non minùs

minùs ubique rerum communicatarum *ἀδιασώτως* connotat. Hanc verò, ceu Sacramentalem ore corporis fieri, Institutionis verba perspicuè docent. (a) IV. Etsi Fractionem ad integritatem tantùm pertinere contendatis, quia tamen iisdem illam, quibus essentialia actus, argumentis tuemini, sacramentale quoque illi munus assignatis, non potestis non eam pro Essentiali parte habere, sicut & vestrum non pauci eandem pro tali habent. (b) Quamquam, qui partem integrantem cœnæ amputat, non potest non illam convellere, truncare, mutilare, quod cum discretionem legittimâ minimè consistit.

a) *vid Furdam. De-duct. Marburgg à p. 779 ad p. 793 item p. 746. Consider. Declar. ae S.C. pag. 250. f. D. D. Dorschæi, & Acutissimum Dn.*

§. LXVII. *Reformatos Quæstionibus istis controversis labefactare negas Testamentum Christi, quicquid Dnn. Epicritici ganniant, p. 85.* Quòd verò illud labefactent, imò, quantum in ipsis est, prorsus evertant, hætenus constitit, & Antapologia solidè probavit; Non ipsi, sed vapida, quam servas sub pectore, vulpes exte gannit, veritatemque, quam ferre non potest, allatrat. Nimirum is est fraternus, quem erga nos prædicas affectus, (p. 88.) ut Viros doctrinâ pariter & pietate illustres, gannire dicas! Hoc unum ex p. 86. noto; Quod vestræ fidei præsens est, modo à vobis describi solito, non esse verè præsens; Unde nec mirum, si manducatio vestra fidei, non sit manducatio vera, nec corpus Christi, vos fide manducetis. Nullam siquidem cibi manducationem fieri, nisi per conjunctionem cibi manducandi, cum manducationis organo, Wendelinus testatur [c] Ubi ergò non verata- lis est conjunctio, ibi nec vera cibi manducatio. Atqui inter corpus Christi tantùm in cœlo, & fidem vestram tantùm in terra non est vera talis ad cibum requisita, conjunctio E.

D. Mentzerum in Elench. Err. Sadeel. de Sac. manduc à p. 203 ad 211, aliosque. (b) *Bucanus, Piscator, Cassell. in Antiq. Fid. Catt. p. 103. alii- que.* (c) *Exerc. 107. §. 16. p. 177.*

§. LXIIX. *Quod verò, inquis p. 86. f. Dnn. Epicritici pergunt, & asseverare audent, causam hanc tanti momenti judicasse suos, ut B. Lutherus, Philippus & Brentius in Colloquio Marburgensi, ob solas istas controversias de cœna, Zwinglianis dextram fraternitatis denegârint, partim falsum, partim inconsequens esse. Falsum, quia 1. Reformati nunquam illud labefactârint, & in Colloquio Marburgensi de reliquis convenerit, exceptâ unâ quæstione & c. 2. Quia Recessus Colloquii testis sit, fraternitatis (si per illam fraternitas Charitas intelligatur) dextram cum Zwinglianis junxisse.*

H In

Inconsequens; quia 3. Christi Ecclesia, Lutheri, Philippi & Brenzi affectu, iudicio & auctoritate non stet, cadatve. 4. Quia etsi hi denegarint, alios tamen non denegasse. R. 1. Nulla est sequela: Reformati nunquam agnoverunt se labefactare Testamentum Christi E. eâ propter fraternitatis dextra illis non est denegata! Etiam Papæi non agnoscunt, se labefactare meritum Christi, dogmate de Justitia inhærent, & tamen propterea vos fraternitatem illis denegatis. Quod si unam quæstionem tanti momenti iudicârunt, quantô majoris nobis æstimandæ sunt plures? 2. Recessus Colloquii contrarium docet, quem B. Lutherus, ejus princeps mem-

a) Epistolâ
ad Iacob.
Præpos. fol.
79 Hist. de
S. Cæna.

brum interposito juramento, in hanc sententiam explicuit. (a) Zulezt haben wir doch endlich so viel zugelassen/wie im letzten Articulo stehet: daß ob wir sie wol nicht für unsere Brüder halten könnten/ jedoch wolten wir sie von unser Christlichen Liebe (die wir auch dem Feinde schuldig sind) nicht ausschliessen. Solches hat sie sehr angefochten/ daß sie den brüderlichen Nahmen bey uns nicht haben erhalten mögen/ sondern als Kezer davon ziehen müssen.

§. LXIX. Fraternalis charitas Christiana, non est sine fraternitate Confessionis; illa enim ex hac oritur; & ex hac illam solent deducere Apostoli. *Qui de Deo non rectè credit, eum non habet Patrem, nec Ecclesiam Matrem, nec membra ejus Fratres.* Solâ siquidem fide regeneramur, & Dei evadimus Filii. *Quem Deus*

(b) Chry-
sost. Hom.
XI X. op.
imperf. in
Matth. T. 2

suum non confitetur Filium, tu, quomodo tibi existimas fratrem? (b) *Nec sequitur:* Majorem antè Lutherus Zvinglio, quàm Turcis charitatem debebat, E. non hic opuserat, eandem de novo promittere! *Nam* & antè omnes homines Deo se & omnia debent, & tamen eidem de novo vovere & promittere possunt! *Nec sequitur:* Novam hic Lutherus charitatem promisit, E. illam quæ fidei consortibus debetur; magnum enim inter charitatem Chri-

(c) Ad Ioh.
Elect. Sax.
Hist. de S.
Cæna f. 72.
77. Orian
dei Cent.
XVI libr. 2.
c. 10 circa
finem.

stianam generalem & quæ inter fidei consortes, intervallum est. *Antè* nulla ferè conventionis spes erat, quæ hoc colloquio revixit. *Antè* acerbis scriptis se invicem insectabantur, quæ postea sepeliri debebant; at verò nimium quantum hæc charitas distat ab ea, quæ ex spiritûs & fidei fundamentalis unitate oritur, *Facta est promissio ex novis capitibus, ut plures errores & animorum distractiones caverentur, quemadmodum loquitur Philippus* (c) *Nec sequitur*

Sequitur: Intercesserunt Protestantes pro Afflictis in Gallia, E-
probaverunt eorum Religionem? (a) *Dederunt illud non ipsorum
Religioni, sed paupertati & calamitati; partim etiam dolo eorum
sunt circumventi.*

(a) vid. Re-
fut spec. A-
maeb. Cass.
pag 564 §.
577. f.

§. LXX. Etsi 3. B. Lutheri Brentiique Authoritate non stet,
cadatve Christi Ecclesia; magna tamen eorum, ob singularia do-
na, divinum zelum, & sincerum, constansque in Christi Ecclesiam
studium, esse debet apud nos authoritas, nec temere ab eorum
exemplo recedi, quod *Rintelenses istos fecisse*, improbamus.
Quod si enim tum, cum tantum de suo errore remitterent, nec
spes, eos lucrandi, omnis decollata esset, pro fratribus tamen
non sunt agniti, imò tanquam hæretici valere jussi, quid nostri
putes esse officii, quibus res est cum iis, qui nihil remittunt, nec
ullam in tantâ veritatis luce, errores ejurandi spem faciunt? Ad 4.
Factum discerne à jure; *Tepidos & in utramque partem claudican-
tes à sinceris & constantibus.* Illos dari est quod deploramus, & fie-
ri non debere contendimus. vid. Magnif. Dnos DD. Calovium,

(b) & Haberkorn. (c) Augustinus & Optatus loquuntur *vel de fra-
tribus, quos votis presumimus*, aut hoc nomine, ut ad frugem red-
eant, compellamus; quemadmodum *Augustinus de Donatistis*

(b) Contra
Hornbeck.
c) in Anti-
syncretism.

(d) *Quæri eos ceu fratres perditos & mortuos, ex Luc. XV. 32. Qui
si pœnitentiam non egerint & correcti non fuerint, salvi fieri non pos-
sint.* Et Optatus *Milevitanus*, (e) *Fratres, qui non sunt boni & quo-
rum diversi sunt actus.* Quos si sæpè tentati, resipiscere & ad uni-
tatem spiritûs, in vinculo pacis redire noluerint, tandem missos
facimus, nec ulterius mellifluo fratris nomine demulcemus; (f)

(c) p. gen. à p.
545. ad fi-
nem præpri-
mis p. 607.
seqq.
d) Tom. 2.
p. 50.

secundum B. D. Lutherum (g) *Wer sein Lehr / Glaub / und Be-
kändnis für gewiß hält / der kann mit andern / so falsche Lehre führen /
oder derselben zugethan sind / nicht in einem Stall stehen / noch immer
dar gute Wort / dem Teuffel / und seinen Schuppen geben.* *vel de fra-
ternitate latè dicta*, Ambrosianæ Ecclesiæ respondente; *prout o-
mnes fratres sunt, qui quovis modo Christiani appellantur.* (h)

(e) Lib 1. c. 3.
f) vid. Dn.
D. Haberk.
l. c. p. 17.
seqq.
g) Ad D.
Major. p.
2. 3. Hist.
de S. C.

§. LXXI. Quomocunque tamen capiantur, certè ger-
manum Fratris nomen in vos minimè quadrat; Qui multa loqui-
mini & laterculos, magis autem quàm fel amara odia corde tene-
tis. Noscimus ex ungue Leonem, ex cantu Sirenes, ex lachrymis

h) Ambr.
in 2. Tim. 2.



Crocodylum ? Surdēt ad ea aures, stupet cor, præter vehimur, nihil adficimur. Nihil grande est, pacem voce prætere, & opere destruere; Aliud niti aliud demonstrare; Verbis sonare concordiam, re exigere servitutem; præclara B. Hieronymi effata sunt (a) Imò verò maneat nobis adversus vos potius pro veritate certamen, quam cum vobis in falsitate concordia (b) Quando quidem facilior cautio est, ubi manifesta formido est, & ad certamen animus præstruitur, quando se adversarius confitetur. Plus metuendus est, & cavendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit; unde & nomen serpentis accepit. Ea est ejus semper astutia, ea est circumveniendi homines cæca & latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens, rudes animas, incauta credulitate decepit. Transfiguratur se, velut angelum lusing, & ministros subornat suos, velut ministros justitiæ, asserentes noctem, pro die; interitum, pro salute; desperationem, sub obtentu spei; perfidiam, sub prætextu fidei; Antichristum, sub vocabulo Christi; ut dum verisimilitudine mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur. (c) Pacem, si ferio anhelatis, en solum ad eam & unicum iter, VERITAS; Præcedit אמת sequitur אמת, ad hanc, sine illa non est aditus. Illam nisi capefferitis, subdola meritò, & fraudulenta suspicamur omnia. Nempe quietur itantisper postea, donec occasionem nacti, de pacis gremio sententiæ fulmina excutere queatis, & cantare: VETERES MIGRATE. COLONI! Salem ergo retinete, o Sinceri Theologi, & sapite!

(a) Tom 2.
ad Theoph.
p. 184.

(b) Augu-
stinus T. 6.
Lib. 29 con-
tra Faust.
Man. cap. 2

(c) Cypria-
us tract.
de simplic.
relat. p.
62.

§. LXXII. Dicunt Dñi Wittenbergg. Protestantes uni-
versos ob controversias de Cœna Zvinglianos à communione
Confessionis Augustæ Vindel. exclusisse. Reponis I. Causam ve-
stram non humana sibi præsidia deprecere. II. Ad Concilium, non ad
Comitia de Religione pertinere disputationem, cognitionem, sententiã.
III. Queris, quos per Zvinglianos exclusos, intelligant? IV. Quos
per Protestantes universos? Ad I. quadrat illud vulpis Æsopicæ,
acerba sunt, non curo! Equidem credo, vos non tam doctrinæ
vestræ præsidium inde quæsisse, quàm pacis & secularis poten-
tiæ, contra Pontificios confirmandæ. Politicos enim respectus,
jam inde à primordiis penes vestros prævaluisse, sat notum est. In
Summa/ es ist ein köstlicher Handel mit uns bey den Calvinisten/
wann

vann sie unser bedürffen / und sich bey unserm Feuer wärmen könn-
 nen: Sonst gelten wir nichts. *rectè dixerunt Nostrates (a) Ad II.* (a) in spo-
 Cuilibet rationem fidei nostræ petenti, reddere tenemur, multo ciali Refu-
 magis Cæsari. Sed nec causæ cognitionem plenam illi permisere. 1at. Amæb.
Aliud est confiteri, aliud cognitioni cuiusdam in solidum se submit- Cassell. p.
tere; Illud fecerunt, non hoc. Hoc soli Concilio, sicubi S. Scriptu- 577.
 ræ conforme & orthodoxum est, solemne; *illud* cuius Magistra-
 tui debitum.

§. LXXIII. Ad III. *Excludere, hîc est non admittere.* Ex-
 cluserunt omnes in genere, diversum à se sentientes, in specie illos,
 qui toties illorum societatem concupiverant. Ut declararent, sibi
 nullum cum iis commercium, quorum fides apud Papistas pessimè
 audiebat, ipsisque, ut durius haberentur, fraudi esse poterat;
Nullò hic juris ordine opus est & processu, quia nec de Exclusionè Po-
litica queritur. Quatuor civitates, *cùm adhuc Vestrates essent,*
 pro Augustanæ Confessionis sociis habitas, crassum est commen-
 tum, cui publica acta in os obloquuntur. *Vestrates lubenter Au-*
gustanam Confessionem recipere, & pro virili, quâ parte ad res ve-
stras augendas & pomœria proferenda facit, non abnuimus: Eâ
 scilicet faciem pingitis, habitum mutatis, donec ingressi quò vul-
 tis, grassamini pro libidine; tum verò sordet vobis, ceu festinan-
 ter scripta, non satis à Pontificiorum erroribus purgata, frumen-
 tum impurum, probam non ferens, & quæ alia sexcenta, in de-
 decus ejus confarcinare soletis. *Zwinglius & Socii* rebus pri-
 mum motis, vestram, quam appellatis, veritatem, longè apertiùs
 docebant, quàm vos: Nec vos primi estis, qui τὰ σκληρὰ μαλα-
 κῶς eloqui student; diu ante vos id fecit *Bucerus*, [b] Adeò ut (b) vid. Hi-
 penè ipsum *Megalandra Lutherum* fefellisset. *Gallos & Anglos &c.* stor. de S.
 Nec quoad gradum obligationis, (de quo ut præcisè loquamur Cæna fol.
 non est opus) nec correspondentiæ, sincerè & nostro sensu ean-
 dem *invariata* recepisse, clariùs est, quàm ut contradicendo
 obtusari queat. *De Reformatis in Imperio* verum est, illos eò ob-
 ligari propter *Majores*, qui vel ipsi exhibitioni interfuerunt;
 vel deinde accesserunt; defecisse autem eos, est, de quo con-
 querimur.

§. LXXIV. Ad IV. Per Protestantes universos Dñi Wit-
tenbergg. accuratè loquendo, tantum illos intelligunt, qui sive
ipsi, sive per alios subscripserunt, qui omnes & soli Lutherani fue-
runt. Quanquam enim Magnanimus ille Heros, Philippus, æter-
num Hassorum decus & gloria, sollicitante imprimis Bucero, id e-
gerit, ut in fidem Zvingliani reciperentur, Ipse tamen meliora
edoctus à Philippo & Brentio, eos deseruit, cum reliquis subscri-
psit & Zvingliana dogmata Artic. X. A. C. sincerè improbavit.
Unde ipsi ad subscriptionem non admissi, postea societatem no-
strorum ambire, & formulis excogitatis, quàm proximè ad no-
stram sententiam accedere non destiterunt; Nec quicquam ta-
men, nisi sexto demùm post anno, ubi Bucerus, revocato errore,
à nostris tandem receptus, effectum fuit. (a) Quæ p. 94. 95. 96. ha-
bes, solidè omnia locis citatis refutata lege; Præsertim, quod ad
Animosum illum Heroem, ex quo, ut Eum ad partes vestras trahe-
retis, Hypocritam facere non puduit. Nimirum penes vos plera-
que sunt fucata, fraudulenta & subdola. Deo aliud placet, quàm
signat; Scripturæ voces aliter sonant, quàm significant; Vos di-
versa loquimini, quàm sentitis; Etiam tanto Principi, cui nihil
prius fuit, quàm priscus ille candor, & germana fides, in tanto ne-
gotio, in causa Dei, propriæque salutis, post pia fata, hypocrisæ
& simulationis inurere maculam oportuit! Hoc quis non indi-
gnè ferret! Quis tandem fidem vestris verbis habebit, adeò fi-
mulatio apud vos utramque paginam facit?

(a) vid. O-
sander. C.
XVI. Hist.
de S. C. f.
168. & Re-
fut Amæb.
Cass. spec.

§. LXXV. B. Lutheri Judicium non sine acerbâ calumniâ
præcipitatum vocatur; quippe quo deliberato consilio, coram
Christo, totâque Ecclesia confessionem suam edidit, eoque ipso,
ne ad Zvinglianos se defecisse, quis criminari posset, sedulò cavito.
Et qui præcipitatum diceretur judicium, quod demum tulit, post-
quam in conciliandis & convertendis Zvinglianis, jam toties o-
mnes nervos frustra intendisset? Nonne in tot fraternas admo-
nitiones absumentâ mansuetudine, vitandi erant, & severè increpan-
pandi? Ne sic quidem effugere potuit, quin vobis favisse calum-
niemini, quid factum foret, si omisisset? Hôc ergò velut sepimen-
to impudentiam vestram coercere voluit. Melanctonem in pe-
jus

ius mutari cœpisse; sed à B. Luthero, quoad viveret, repressum esse, Historia docet, quem etiam, ceu Israël Curram & Aurigam & postremæ ætatis Eliam agnovit, & coluit.

§. LXXVI. *Inter Lutherum iratum & sedatum futilis est distinctio*; Idem erat, ac semper fuerat. *Non est inconstantis sententiam de aliquo, tanquam navigium atque cursum, ex ejus voluntate moderari*; Dum spes affulsit lucrandi Zwinglianos, comiter egit, quâ subsidente, divino Zelo in ipsos invecus est, tanquam in Ecclesiæ Christi hostes. Vos potius quovis Proteo mutabiliores estis; Quot enim in formas exinde dilapsi, magis quàm anguilla lubrici. B. Lutherus contra, *Verbo Domini, quod in æternum manet* (a) stetit, & infracto animo Belialis torrentes, uno impetu in ipsum irruentes, sustinuit. Ejus iudicio, *ubi de genuino Augustanae Confessionis sensu quæritur, firmiter stamus; quia sententiæ interpretis quisque suæ est optimus. Non jam de Norma doctrinæ Ecclesiasticæ quærimus, sed de doctrinæ Augustanæ sensu.* Hujus ipse interpres exceptione omni major est. Ab eo Ipsum sub vitæ finem detecisse rancidum, & pingue est mendacium, jam dudum à Mörliño rubori datum, (b) ut planè mirer, te, plus, quàm aniles istas ineptias repetere haud esse veritum! Quantò rectius Wendelinus (c) Pro hoc oralis manducationis Palladio ad mortem usque militasse Lutherum, scripsit. Tam pravam dicis esse Confessionem illam Lutheri postremam, quàm parva est; Tuam potius disputationem tam malam esse, quàm est ampla, palam est. Concordiæ Formulæ, penes nostræ partis Theologos, cum quibus Dnns Wittenbergg, res erat, non potest non esse magna Autoritas; ob magnum eorum, qui subscriperunt, consensum. Vide B. D. Hutterum (d) & Celeberr. D. D. Mislerum. Dn. Præceptorem quoq; filiali affectu mihi colendum. (e)

§. LXXVII. Quæ p. 106. seqq. contra Epilogum Articuli hujus producis, talia sunt, ut ea legisse, sit refutasse. In Confessione Czengerina nos damnari manifestum est; Etiam si enim Capernaiticam illam carnis Christi lanienam, multoties deprecari simus, apud vos tamen nihil profecimus, qui aliam manducationem propriè dictam dari, negatis; Recognosce verba tua p. 47. *Manducatio corporis Christi oralis & propriè dicta è verbis Christi secundum*

(a) Quæ sententiâ pro symbolo usus est.

(b) in fine Histor. de S. Cœna.

(c) Exerc. LII. §. 14. p. 781.

(d) Super Form. Concord. & ejusdem

Concordiæ

Concord.

(e) In Proœm. Disputat. super

Form. Concord.



cundum τὸ πρὸς τὸν assertā, a Capernaiticā non differt, nisi nomine. Realiter enim & quoad essentiam non differt, sed est eadem cum illa; memorem horum te esse decebat. Omnis doctrina de Essentia S. Cœna, ceu infania & delirium damnata, ipsum salutis fundamentum evertere dicitur, pag. 107. Scotiana Confessio Transubstantiationem Pontificiam, & Præsentiam corporis Christi pariter habet: Et hanc dilertè, ut & receptionem corporis Christi ab impiis, seu hominum corporibus, tanquam blasphemam opinionem damnat. Palatini Confessio, non tantum Christum, ut Hominem in pane Cœnæ, sed & in ullo alio loco, quàm suprâ in Cœlis, sine horrenda blasphemia, adorari non posse, expressè definit. Nec solos non fundamentales Articulos exinde impugnari docet, sed fundamentales, cum præcisè & simpliciter necessarium, Humanæ scil. Christi Naturæ veritatem, tum necessitatis gradu minores: Ascensum puta in Cœlos, Reditum &c. Harmonia verò Confessionum, Gallicarum & Belgicarum Ecclesiarum nomine edita est: Ab his ergò ut divortium faciatis, necessum est, si doctrinam nostram tolerandam, non verò condemnandam esse seriò statuere, videri velitis.

§. LXXVIX. Ex Quibus omnibus luculenter constat: *Domino Wittenbergenses, ex præmissis bene & solidè inferre, momentum harum questionum, non rectè expendi à Collocutoribus Cassellanis, ac si controversiæ ista, sive asserta, sive negata, ipsum salutis fundamentum nullatenus everterent: Et ac si in Ecclesiis Calvinianis, non obstante, istâ dissensione, usus Sacramenti, secundum Christi institutionem, sine Substantialium detractione, integer & illibatus maneret. Quod vindicandum erat.*

Μὲν τὸ Θεῶ Δόξα



Clarissimo Dn. M. Nungesser, suo nuper Convi-
etori & Amico Dilecto, pro verbis Testamenti Christi,
contra Calvinianos in incluta G. ssensi
publicè disputanti S. P.

Textus non fallit, multos speciola fetellit
Glossa, Dei verbo nitere tutus eris.

Id si Calvini devotâ mente teneret

Turba, gregi turbas non daret illa Dei.

Ergò piè Christi veracia verba tueris,

Profligas contra fortiter inde strophas,

Quas ratio nectit fallax. Sic Auspice Christo,

Præmia Te studiis, credito, digna manent.

Witebergæ,

Abraham Calovius D. P. P. Prima-
rius. Elect. Sax. Superint. General.

Vulnera non curâsse, sed incrustâsse, studebant

Querere qui fucata fœdera mollia pacis,

Illâq; diduci nulla ut sit facta cicatrix;

Ex hoc vel constat, quòd, qui coalescere in imane

Intendunt pacem, protendunt jurgia vasta,

Et veteres renovato instaurant Marze querelas.

De grege Calvinii, qui nunc in sede morantur

Marpurgi, cum Luthranis compingere pacem

Certabant, sed post remis velisque levatis,

De sacrâ Christi Cœnâ pia dogmata catus

Nostri convellunt, pervertunt atque remordent,

Horribili strepitu, sua & obtusa arma resumunt.

Acrius hos Tu profligans Præclare Magister,

Præmia condigna laudis præcelsa mereris,

Et Iho vâ Magni Magnum defendis Honorem.

Gratulante animo meritò F.

Petrus Habertorn D.

I

Cre-

Crescit amor studii, quantum ipsa scientia crescit,
Nungessere sacri portio grata chori.
Perge! rigabit enim, quos duxti sydere sulcos
Felici, ut surgat messis opima, DEUS

Gratul. E. appof

Balthasar Mentzerus D.

Dogmata, qua iusti non sunt documenta valoris,
NUNGESSERE, sacrâ lance libranda vocas.
Non lux cum tenebris miscenda, aut sana profanis,
Fussa Dei impuris pura secanda jubent.
Hocce laboris opus, tentas conamine dextro,
Thepologûm scriptis invigilâsse doces.
Maacte geras studium, labor hic Tibi proderit almos
Ad studii fructus sternit honoris iter.

Gratulabundus appofuit

Johannes Nicolaus Mislerus, D.

Pincipio mentis, rationis & ipsa furentis
Quod malè sana cohors evacuare studet,
Principium Fidei, lucentis viscera verbi
Afferis ex ipsis fontibus indubius,
Quosque hausti cupidâ divinos mente liquores
Nungessere, tuæ flos patriæ, atque decus,
Nunc prodire facis, clarasque probare juvabit
Divitias animi, non sine laude tui.

*Gratulationis, amoris & sinceri affe-
ctus testandi causâ pauxillum
hoc p l.*

K. Rudrauffius. P.P.

Cum Tibi Divinis placet invigilâsse trophæis,
Et lustrare vias, pietas quas docta serenat,
Prodis opus mentis, monstrato & tramite verso,
Vis remeare pede Errones; hac dente tenaci

Anco-

*Ancora constringit naves. Quàm vela recepat
Calvini miles! tam veri fulmina stringunt,
Et penetrant animos. Tibi sunt hâc arte regenda:
Cætera; præcipui sic nautæ nomen habebis.*

Cl. Dno M. Nungesserò grat. fac.

Phil. Ludov. Hannekenius,
D. & P.P.

DUctum petulcæ, quem ratio fovet,
Secuta mentis cauta cohors; suam,
Diversam ab illa quam verendo
Præbuerat *Deus* ipse verbo,
Quærit lucernam. Hinc & cilio gravis
Despectat altè quæ bene condidit
Dictator almus, quæ piorum
Asseruere polo catervam.
Caligo cæcos sole mero tenet
Ignes oculorum: Nam stupet ars supra
Exculta leges; dumq; summa
Pollice tentat, ad ima vergit.
Odit cerebri pignora lyncei,
DE. q. normam non hominis probat;
Et, quem sacrorum invertit ante
Wetzelius, modò Nungesserus
Instaurat Usum: Præsede dignus hoc
Sub quo triumphat. Perge! & inania
Expone luci tot stropharum,
Unde Decus meritum renidet.

*Sic bene precatus omina
batur*

M. H. Phasianus, P.P.

Ad

Ad Disp. Theologicam Viri Præcell. & Præclarissimi
Dn. M. J. C. N. Wetzelium &c. oppugnantis,
Amici optimi atque integerrimi.

Socraticum quisquis stupet altæ mentis acumen,
 Is NUNGESSERO Belligerante stupet.
Mittebat Wittenb.

M. Carol. Ludov. Stromeyer.

Præcellenti & Clarissimo

D N. M. NUNGESSERO,

Contra Collocutorum Cassellanorum Hyperaspisten disputanti Amico
suo singulari.

INanis umbra cui placet pro corpore,
 Hunc pax inanis decipit Calvinia,
 Miserque præceps in periculum ruit.
 Malis sub hisce. fratribus quæ vivere
 Necessè habet vexata Christi Ecclesia
 Luget, gemit, sentitque fraudem callidam.
 Ostende Nungessere viribus potens,
 Inire pacem veritas quod nesciat
 Erronei cum vanitate dogmatis.


Gratul. fecit Wittenberga

M. Johannes Joachimus Zentgraf/
Argentoratensis.

Emendanda.


Pag. 5. sub litera (a) in margine legatur: à p. 470. ad p. 484. P. 8. lin. 27. post: *aliquid*, inferatur: *vult*, & P. 15. lin. 31. pro *Minor* leg *Major*. P. 17. l. 30. pro *βερλώσει* l. *βελλώσει*. P. 18. sub lit. (a) in marg. pro 136. leg. 163. P. 24. sub l. (a) in marg. add. *Cap. 24.* P. 35. sub lit. (c) in marg. pro *Bullingeri* leg. *Bullinger* P. 39. lin. 24. post: *jussit*, adde, *id.* P. 64. pro LXXVIIIX, leg. LXXIIX. Reliqua, si quæ sunt, Benevolus Lector ipse corrigere velit.

F I N I S.









Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

SECTIONIS
SEOS
RGENSIS
no opposita
DENNA,

controversiis
LAUGURALEM
VETZELII,
nuper Pastoris ordin,
lcaldini, confutatio-
nantis:

veritate, ad insidiosi
ipso Testatore Christo Auspice
IDIO

gnifici, & Amplissimi
korn/ SS. Theol. D.
diquaq; Famigeratissi-
vissimi, fidelissimi: Theologi
itri & adhuc merentis,
is sui in summis
SOLEMNI DNN.

quisitioni sistit,
ORUS Dzungesser / Cattus.

M. DC. LXIX.

